
£ 4/18


QVIES MEA QVI ES
FRANCISCI
PONÆ
cardiomorphoseos
SIVE
EX CORDE
DESVMPTA
Emblemata
SACRA
VERONÆ Superiorum permissu. MDCXXXXV.
G.G.f.

Eminentiſſimo, ac Reuerendiſſimo

PRINCIPI

S. R. E.

Cardinali Ampliſsimo

D. D.

IVLIO MAZZARINO.

FRANCISCVS PONA F.

MOS inualuit Auctoribus (Eminentissime Princeps) Operibus Patrocinium vt quærant. Terrarum Orbem veluti de ſpecula perluſtranti mihi, inter Sacrorum An-

tiſtites

tiſtites dignior Te conſpectus nullus, ſupremum qui tenes Virtutis apicem, cui Fortuna obſequens, fœliciter ancillatur. Solidioris Tu Gloriæ à puero irritamenta ſenſiſti; Regnorumquè, ephebus adhuc, concepiſti momenta; rerum agendarum vt molem, paribus ponderi humeris ſuſciperes, & perferres. Te proinde expetière Pontifices, Te quæſiuit Purpura, Te ſuperoptarunt Reges. Teſtantur Sabaudia, Hiſpaniæ, Galliæ, maximum Te fuiſſe ſemper in maximis: Europæ namquè proprio ruentis pondere, auertiſti ſapienti dexteritate pericula. Tuam ergo

en

ěn meritò auguſtiſsimum Francorum Regnum, vix modò Amplitudinem capit; Tuis quoque adminiculis auctâ beatæ Regionis fœlicitate: dum Galliæ ſibi adhuc in Te Superſtitem gratulantur parem Purpurâ, & Meritis, Heroem celeberrimum illum, cuius geſta, ingenti argumento laſſarunt Famam. Ecquis præter Te (Heros Ampliſsime) Italiam penè nutantem, prouido Conſilio ſuffulxit? Quis Cœlo, Genioquè diſpares conciliauit Prouincias? Quis mutuâ fide, diſsidentia inter ſe Regna coniunxit? Quis à Populis inter ſe rixantibus, leni Prudentiâ,

parem

parem beneuolentiam extorſit? Iſta (PRINCEPS OPTIME) rude ingenium modò cient in Laudes; ſtilumque in encomia, quamquam hebetem acuunt. At cur Tua modò tentem geſta colligere, quibus nec grandia ſuffectura ſunt Hiſtoriæ Volumina? Beabunt ſatis ſuperque Tua Nomina exiguum Opus, me ſi fronti lubens inſcripſiſſe patieris; exileque munus, celſa non reſpuet dextera. Nec tamen CORDIS Vnius mei munuſculo, tantæ audebo Meritorum maieſtati litare: dedecet, quicquid HECATOMBE minus, tàm amplas Aras; hanc profanis ex-

plofis


plosis ritibus, per Sacrorvm Centvriam CORDIVM adorno: quodquè fausto iubeas omine esse, appendo Pietatis Opus: non ista, qualia olim, Iuuentæ redolent vanitatem; nec erit cur vnquam pigeat, seria isthęc exarasse. Parcat (oro supplex) suauissimus Tvæ Eminentiæ Genius, audenti fortè altius Humilitati, si, vt vota venerantis animi fœliciùs emitteret, tàm sublimès adspirauit ad Tholos: Deus quoque humilia despicit ex alto, nec tamen despicit; propensumque obsequium pondus dare muneri perfert. Ipse si Opusculo faueris, iter

ad publicam ſternes gratiam. Ea Tibi interim beata perennet, & cumuletur fœlicitas, quam Tuus verè Eminentiſsimus Genius, Regnis peperit, aluit, propagauit.

Veronæ IV. Non. Maij
M DC XLV.

I.

Liber En ad TE redeo.



Peccator ad ſe reuerſus.
Rythmus Apodos.

TE laudamus Dominum,
Celſum Cęlorum Principem;
Tibi vouemus Canticum:
Tibi Triumphum canimus.

Potentiæ tu faſtigium,
Tu Sapientiæ culmina
Tu Bonitatis apices
Tenes, regnans in ſecula.

Errabam cœcus, deüius,
Septus hinc inde sordibus.
Mancipium Hostis Inferi,
Catenis vinctus horridis.

Forti (heu nimis) imperio,
Caro iam Carni insederat:
Mundusque iam seduxerat
Palantem (vafer) animum.

Retia sæpè Diaboli
Subiuit desiderium:
Fœdo Voluntas Aucupi
Prædam se dedit miseram.

Deus misertus plasmatis
Omnipotentis dexteræ,
Cœcâ demersum caueâ
Tu visitasti lumine.

O lumen Sole clarius,
Vita', Salusque Gentium.
Limo sepultum sordido,
Viuificasti Spiritum.

Tu dirupisti vincula,
Tu contriuisti laqueum:
LIBER EN AD TE REDEO
Dulcis Adiutor Optime.

Animæ flecto genua,
Sanctumque Nomen inuoco.
Hostiam laudis offero,
Quid boni vltra retribuam?

Squammæ cadunt ab oculis,
Disrupta cedunt vincula,
Liber iam ad te redeo,
O Sempiterna Bonitas.

Non me Mors terret imminens;
Non Maris æstus minitans;
Non ira Regum percutit,
Amor me dulcis reuocat.

Diù quærentis Numinis,
Amantem Amor reddidit;
Diuus Amor purissimus,
Quò nil Amanti dulcius.

Gloria Regi Domino,
Miranda cuì sunt opera,
Hostibus qui præripuit,
Redimens Orbem Sanguine.

Creauit

II.



DIuini immenſitatem Amoris, Regia Creationis aperuit Scena. Nil additum, creando, Numini; ſi eſſentiam ſpectemus. Deo, creaturæ non erat opus, niſi vt amando, ſemetipſum (ex

naturâ Boni, difunderet. Optimus in se, & Maximus, extra se quidquam haud erat quod quæreret. Creauit igitur, vt amaret, vtque amaretur; Fons enim, & Origo Amoris, imo Amor est. Probabilior Theologorum sententia, scientiam Dei non esse rerum causam formaliter, per adiunctum voluntatis actum; & censent, illam non posse causare, nisi per voluntatem determinatam, cui attribuitur Amor: Et licet intellectus, & voluntas Dei, concurrant immediatè ad productionem rerum in diuerso genere, simpliciter tamen loquendo, voluntas, idest Amor est potior operis causa; cum exercitium operis, primariò voluntati respondeat. Absolutâ igitur Mundi Oeconomiâ Deus (quem Hominis gratiâ construxerat) Hunc ad sui imaginem fecit. Cor, Medicorum, & Philosophorum sententiâ, priùs generatur, & Vitale suscipit munus: fortè (si liceat humiliter coniectari) in nuper creato Adam, cæpit præ ceteris membris Cor viuere; quem deinde ordinem, totius propagationis series secuta est. Dignitatem si contemplamur visceris, id non absonum videtur, nisi Orthodoxę veritati repugnet. Cor expetit Deus: ipsi namque insident cogitationes, & Amoris reciprocatio. Decebat enim Cor Deum impensiùs amare, eoquè magis, quia ipsum Deus CREAVIT AMANDO.

Rede-

III.



EN tibi, Lector, Diuinus Amor, quàm malè habitus ab ijs, cum quibus ſuas eſſe delitias voluit. O'admirandam, & diſparem penitùs ab his, quę præceſsêre Cataſtrophen! Diuam Ipſe


maie-

maieſtatem ſeruili obuoluit Carne, aciem ne oculorum obtunderet aſpicientium. Paruulus dari nobis eſt paſſus, qui *Exultauit vt Gigas ad currendam viam, & cuius egreſſio à ſummo Cælo.* Solauerat Ieſus miſeros, leproſos mundauerat, erexerat claudos, iuſſerat videre cœcos: panum quinario, Turbas innumeras pauerat, quodque Diuinius, ſalutari doctrinâ deuios reuocauerat Peccatores. Qui tamen Rex Iſrael paulò pridem exceptus eſt Hieroſolymis cum triumpho, eaſdem egreditur, grauiſſimam *baiulans ſibi Crucem*, quam vt nos ſaluaret, alacri conſcendit animo, ingentem Patri Spiritum redditurus. Filium Dauid faſſi ſunt Homines, Angeli, Demones; non tamen à Rege Atauo hæreditatem Sceptri tulit; Purpuram tantùm exoletam ad ludibrium: & Clauem, Prophetâ teſtante; *Dabo ei Clauem Dauid*, Crux fuit. Vnum ſibi præterea Regis carmen (imo dimidium carminis) morienti reſeruauit; In manus tuas Domine commendo spiritum meum; reliquum acclini Cordi Peccatorum reſipiſcentium permiſit, Redemisti me Domine Deus veritatis. Hoſtiam ſe obtulit pro Gentibus Ieſus: Ieſu ſuauiſſimo Seruatori, Hoſtiam ſe offerat Cor, *vt in nouiſſimo reſurgens cum Chriſto*, mereatur Cœlitibus aggregari.

Drach-

IV.

Drachmam Inuênit.




DIuus Amor accensâ face , attento ſtudio, nulli parcens labori , amiſſam Drachmam , Cor nimirum Peccatoris , cœno volutatum , imoquè ſolo inter Mundi purgamenta ia-

cens

cens quærit. Proh Dilectionis ardores! Dederat Cordi aures, vt inſpirationes audiret; dederat alas, vt ad ſublimia contemplando volaret; ipſum vero humi repens, inter Carnis ſordes, Suis inſtar delitias quærens, ſuæ dignitatis oblitum, tranſitoria bona, æternæ prętulit gloriæ. Sterquilinium Carnis meruerat cum Tartari flammis mutare: dulciſſimus tamen Amor Ieſus, Sui perire Imaginem ægrè paſſus, Charitatis lumen accendit, & *tanquam Ceruus, Hinnuluſque Ceruorum* diſcurrens, nullis parcit ſalebris, inuijs nullis, donec pretio inextimabili Sacroſancti Sanguinis *Drachmam* redimat, Beatorumque conſortio adnumeret: quorum *ſuper vno Peccatore maius ſit gaudium, quàm ſuper ſeptem Iuſtorum Animas.*

Donec

V.



EXemptum Cor vinculis criminum, quæ Diuina disrupit Bonitas, Seruatori Optimo Gloriam cecinit: tandemque liberum ad se conuerſum ; Carnis illecebras, Mundi technas, Dia-


bolique insidias postlimino auersatus, ad Sacram Redemptionis anchoram, fausto se dirigit sydere. Euitatis hostium decipulis, Diuo se se commisit Amori; Inferis qui vt illlud eriperet, Pęnitentiæ deuinxit, rediturum vt gratias, Miseratori Deo sisteret, suæ demum memor Originis, & optatam Sedem exquirens, toto voluntatis nisu, Cœlesti gratiæ cooperans.

***

Suapte

VI.

Suapte Naturâ.



COR, viſcerum omnium calidiſſimum eſſe, Philoſophi omnes, Medicique ſunt faſſi: ſpirituum quippe ærarium eſt, & natiui Fons caloris; vt ſemper exæſtuans, perenni reſpira-

tionis egeat beneficio, ne ad interitum ſiccetur, & incaleſcat. Viſcus igitur SVAPTE NATVRA præcalidum, Diuini Amoris igniculis inflammari, quid mirum? Mirum potiùs, inter Mundi tepêre vligines, imò frigeſcere; aut fluxas quærens diuitias, aut male feriatis amoribus mancipatum; quibus, & quies adimitur corpori, & animi bona pereunt. Vratur itaque Sancti Spiritus igne, vt mundo ipſi Corde placeamus, & Creatori ſuo, ipſum enixiùs amanti, quantùm in ſe eſt, incomparabilis beneficia Amoris, obſequij, & dilectionis retributione compenſet.

Scruta-

VII.

Scrutator Es Tu.



PRofitetur Anatomen Diuus Amor, in Ampliſſimo Vniuerſi Theatro. Mirandam ſpectat induſtriam, quidquid ab Empireo, ad Inferos. Dedignatur Is artus ſcindere, & impura abdominis

dominis viſcera pertentare. Cordis tantùm Regia introſpicit penetralia, huius etenim SCRVTATOR EST SOLVS. Penitiores diſtinguit fibras, & ſinus vtriuſque, intimos inquirit receſſus; adeò vt ne quidem imperceptibilis ſpiritus, Lyncæum effugiat obtutum. Expia tu Peccator, à ſordibus pectus, nares ne Dei fœtore, ne ve eius lumina Culpæ turpitudine ferias: *inſcrutabile namque licet ſit Cor tuum, & prauum, vt nequeat ab alijs cognoſci*, Dominus videt, & probat illud: nàm *quæ ſunt Hominis nemo nouit, niſi ſpiritus Hominis, qui eſt in ipſo. D. Paul. Epiſt. pr. ad Cor.* Cor ergo meritò diuus Amor peritâ manu contrectat, & aperit, *qui ſolus* (vt pr. Regum 16.) *nouit Hominum Corda: Auctori quippe tantùm conceditur, conſcientiam intrare ſecretam*, Proinde *neq; Diabolus* (vt D. ait Auguſtinus,) *Animæ videre poteſt cogitationes: id enim argumentum fuit Deitatis in Chriſto*: ex quo etiam Angelis hoc priuilegium fuit denegatum, ſolius Dei proprium, qui (vt habemus Rom. cap. 4.) *vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea, quæ ſunt.*

Verbum

VIII.



DIuino Verbo Animam illuſtrante, ipſius Dei domicilium Cor, fulgenti veluti Elychnio ſplendet, ſuis vt præfulgere pedibus poſſit: neque hæreas, Lector, quod pedes Cordi at-

tribua-

tribuamus: non hodie primùm: hi sunt, de quibus Propheta Regius in Psalmis; STANTES ERANT PEDES NOSTRI, &c. sunt autem pedes, affectus terrenorum; qui in morem proximè discessuri, stare debent, non sedere; vix scilicet in Corde morari. Hi sunt, de quibus Propheta lugens ait. SORDES EIVS IN PEDIBVS EIVS, idest eius crimina in affectibus prauis, & inclinationibus peruersis. Vt hos custodiret Deus, supplex orabat Dauid. LIBERA PEDES MEOS A LAQVEO, idest à Tentatione victrice. Verbum enim Dei, vera & Sacrosancta LVCERNA est; quæ mentem irradians, errorum discutit caliginem, fideli præfulgens lumine. Facessite Vos LVCIANI, FRANCI, EVRETAE, aliorumque fictiles, imò cœnosæ LVCERNAE, cœco nictantes lumine. Facessite animorum peruertendis vestigijs aptæ, non dirigendis. Pereat memoria vestra cum sonitu: & vili cemento effictæ, iam tandem in viles cineres reuertamini; obruatque vos extemplo salutaris obliuio. LVCERNA adfulgeat credentibus *Verbum Domini*, vt imbuta Anima *salutaribus monitis*, ad beatitudinem peruenire ex Diuina bonitate mereatur.

Clauum

IX.

Clauus Clauo.




LVteum ſimulachrum, ferreo Cordi, vulgaris Amor inſculpſerat ; fluxam nempe muliebris oris imaginem ; aramque profanam penitùs, fugaci erexerat Pulchritudini : Eiurat mo-

dò consilium imprudens; impudensquè vultus, Rationis cogente Imperio, virili deturbatur pectore; subeunte Mortis memoriâ. CLAVVS sic CLAVO trahitur. Valete vos impura Carnis Ludibria: Christo tandem vniuersum Corpus inseruiat, vt cum resurget in Nouissimo, dignè possit Animæ ancillari: dotibusque beatificis illustratum, cum Beatis in æternum lætari.

***

Non

X.



NOtiſſimum Ducis dictum. TROPHAEA MILTIADIS NON SINVNT ME DORMIRE. At Cor Iuſti; non vanis geſtorum phantaſmatibus mouetur, aut agitatur; ſed grati adfectus æſtuans ar-


dore, Christi Iesu Domini nostri Trophæa Passionis contemplans, adeò Amoris flamma incalescit, vt iugi meditatione reuoluens, quid pro se passus sit Cœlestis Miltiades, inter gratiarum actiones, perpetuasque Dei Laudes vigilare cogatur *à Solis ortu, vsque ad occasum*, & ab occasu ad ortum, vt Dei Miserantis Clementiam, feruidâ, sollicitâque oratione, toto Animæ Corde, glorificet, & adoret.

***

Procul

XI.

Procul Este Prophani.




ARcem arduam, inaccessam, multiplici septam muro, ædificauit Rex Deus Cor Hominis, sibique in Domicilium elegit: ac Perduellis Diabolus, pariter inhabitare contendit.

Simul

Simul vtique hos esse non decet: alterutri igitur sese credit, pro Custodis arbitrio. Custos Voluntas est, quæ Regi Deo, sinceram si fidem seruet, Regno Cœlorum Arcem adscribit; si verò turpi defectione recedat, Hosti mancipat ad perditionem. Vigil itaque Amor excubat Diuus, prophanum vt quodcumque arceat; cogitationes nimirum impias, vanas, & quomodolibet prauas, ex quibus solent, & verborum crimina, & operum scelera deriuare. Circumspectione ergo opus est, vt si quis appropinquet Hostis, illicò interna virtutum cohors excitetur, quę in irrumpens Vitium insurgat, & ab exitiali Sensuum inuasione præmuniat, ne quando assentiens Voluntas, Arx in Tyranni potestatem deueniat.

Nec

XII.




ECLipſim vides. Stant e regione Cor, & Iuſtitiæ Sol Deus: at grauis, opacus, immobilis Terrę globus interiacet. Mundus ille de quo ſcriptum, & MVNDVS EVM NON COGNOVIT. Humum

deſes

deſes Cor premit; auet tamen Solem ſuum aſpicere IESVM DOMINVM, vnde ipſi Lumen, Salus, & Vita. Currit indefeſſus CHRISTVS SOL AETERNVS, Redemptionis Eccliticam: & viuificô radiô, Cordi fit à latere obuius, vt Mundi ſic tandem euaneſcant obſtacula. Sibi itaque gratulatur ſpem Cor, proximè adituri ipſum Luminis; ſeque ipſum ſolatur, Solis Clementiſſimi. NON DIV abfuturos influxus; vt eius demum feruens calore, ad ſublimia allici queat. Nec mirum, Cor deperire Diuinum Solem; ſumma quippe inter ipſos intercedit Analogia. Sol enim motu, & radijs illuſtrat cuncta, & Cor dicitur Mundi; Cor autem, Sol Hominis vocabatur ab Antiquis, quoniam Microcoſmum irradiat, & viuificat Spiritibus: Sol motu, & calore, vniuerſa exhilarat: Terram coronat floribus, gemmis mineras ditat, animalia generat, & conſeruat; vt hunc Sidus proſperum, & ſalutare, Philoſophus nuncupauerit; rerumque omnium Alumnum; & quo remoto horreſcit terra, ſpoliantur arbores, & infœcunda fiunt cuncta; Sic Cordis ſpiritus, mouente moti niſi ab Anima, in Homine vitam fouent, vt Cor, dici Sol Microcoſmi, concinnè queat.

Non

XIII.



NOta ex Tacito, perempti Viru Germanici, Hiſtoria; cuius cadauere flammis abſumpto, rogo adhuc Cor inſedit intactum, ex quo veneficij facta Populo Romano ſuſpicio. Obſe-


dit Infernus Anguis, Peccantis Cor; euomuit in intimis sinubus exitiale venenum Culpæ: Amore Diuino NON COMBVRETVR Cor miserum: renuit suauissimum dilectionis incendium, viscus turpi peccatorum pharmaco conspurcatum. Remouemus Serpentes: aderit Dei Gratia, præpotens superando veneno Antidotus, vt felici possit igne, Cor diuinitùs inflammari. Huc spectat locus *Plinij lib.* 11. *cap.* 37. Negatur cremari posse Cor in ijs, qui Cardiaco morbo laborant: negatur & VENENO interemptis. Certè extat Oratio Vitellij, quæ reum Pisonem eius sceleris coarguit, hoc vsus argumento: palamque testatus, non potuisse OB VENENVM, Cor Germanici Cæsaris cremari.

***

Si

XIV.

Si rasa sit Tabula.



PIngit Amor Diuus, non fugaces vulgaris Amoris spectra, sed Cœlestis pulchritudinis formas. Se namque ipsum, Cordi inscribit Amanti. Cuius gaudet candore; non enim Nisi

RASA SIT TABVLA, ingens æterna dextera opus aggreditur. Illibatum Cor amat, nulla cui insideant figmenta seculi, aut phantasiæ deliria: salutare ei imprimit Nomen: ex quo Cœlestis pignora Gloriæ, degens adhuc inter mortales prælibet.

***

Crea

XV.

Crea in Me.




ENixiùs Amantem Dominum Deum ſuum, redamat Anima, pretioſo redempta ſanguine : ſatis nec ſibi facit amando. Anguſtias deplorat Cordis ; exiguo namque hoſpitari ergaſtulo

ſtulo Deum, ſe pudet. Mundi igitur Conditorem, vt dignè poſſit excipere, MVNDVM vt in ſe creet, ſupplex orat, vt congruo poſſit Vniuerſi Opificem recipere hoſpitio. Cor itaquè mundum, ideſt ab omni criminum labe deterſum, exoptat; ſed in Corde, Mundum deſiderat, vt ampliſſimâ Regalis Aulæ Munditie, Regem Deum colere, amare, adorareque valeat.

* * *

Pa-

XVI.



VOlentes ducimur, nolentes trahimur in flagella. Pertulit Agnus innocens, flagra non tantùm pro nobis, sed Clauos, Lanceam, Crucem. Ipse *dolores nostros tulit, & peccata nostra,* proh

proh Amor! ipſe portauit. Cruci ergo Corde hęrentes, ſin minus fixi clauis, lubenti animo, ac ſponte Parato, perferamus flagella, & Diuinæ ſubſcribamus alacres voluntati; eiuſque Prouidentiæ exitum feramus patienter. Vtinam nos in hac Vita corripiat, ne perdat in alia. Vires prius inſpicit noſtras, deinde tentat; vtilem ſemper probationem intendens, *non enim Deus intentator malorum eſt, nam correctio eius ſemper cum dilectione, & ad Salutem per emendationem dirigitur.*

***

Aeſtuat

XVII.

Æſtuat Infœlix.



MAcedonem adeo Gloriæ fuiſſe cupidum, Veterum monumenta teſtantur, nullis vt periculis, laboribuſque pepercerit, dominium, vt Vniuerſi capeſceret. Pardi figurâ meruit in

Sacris Paginis præmonſtrari, vt Regnorum numerus, macularum varietate præſignaretur. Orbe tamen propè ſubacto ingemuit, cum plures dari intellexiſſet.

Vnus Pæleo Iuueni non ſuffitit Orbis;
ÆSTVAT INFELIX *anguſto limite Mundi,*
Vt Gyari incluſus ſcopulis, paruaque Seripho.

Factum eſt tamen, vt votis fruſtratus miſer, ætatis in meridie ſublatus, nec Vniuerſi Rex fieret, nec ſua poſſet Regna vnico Sceptro concredere: in quatuor enim partes diſcerptum, ſuis reliquit Imperium; ex quo breui in diuerſorum poteſtatem conceſſit; *omne* namque *Regnum in ſe diuiſum deſolabitur*. Vaſtum itaque & inexplebile deſiderium, laborat Orbis vnitate, & anguſtiâ: Cor etenim, niſi ad paupertatem Spiritus redigatur, quieſcit nunquam; vnus enim Deus, ipſius eſt Pax, Quies, & Gloria.

***

Filia

XVIII.



FIlia Nicolai Secundi Comitis Salmacenſis, Vidua, Amoribus olim, & voluptatibus mancipata, florens ætate, formâ præſtans, diuitijs affluens, ad eam deuênit inſa-

niam, vt nil præter luxum exquireret. Meridies erat feruentior, cum illa se se vestibus exuit, rosisquè altiùs stratis, nudatum corpus immergit. Lenem dum quærit soporem, obdormit Mortem spiritus: quippe cohibiti, cordi necem consciuere, suffocato calore. *Vidua quæ in delitijs est viuens, mortua est*, ait Apostolus ad Tim. I. c. 5. PVLVINAR ex Rosis sibi, se PVLVINAR parauit Morti; *Voluptatum* igitur *Vsura*, *morbi* non tantùm, sed, & Interitus.

Ele-

XIX.

Pyrauſta Cœleſtis.




ELementum nullum animalibus expers, Natura eſt paſſa. Igni Pyrauſtam dedit, medijs flammis, ceu inter blandiores auras, Papilionis genus inuolans, fornacibus familiare. For-

nax

nax eſt Cor, verè ſi Dei amans. Pyrauſta, Anima eſt, felici quæ æſtuans incendio, torretur, ſed non conſumitur; imò inter ardentis æſtus delitias, ceu inter flores amæniſſimos lætatur, beato contenta rogo: donec perruptâ per corporis diſſolutionem fornace, ad lumen IESV, in Cœleſtis Empyrei ſinu, felix ad æternitatem commigret.

Os

XX.




O*S Homini ſublime dedit*, Sulmonenſis canebat. Cor Homini ſublime dedit, canamus Chriſticolæ; quorum eſt excelſa ſuſpicere, & *quæ ſurſum ſunt quærere*. Argus (obſecro) ſit Cor noſtrum;

noſtrum; Cœleſtia iugiter contemplans; quoties enim terram reſpexerit, omninò eam ſibi vileſcere clamitabit. Vigilet Cor ad cuſtodiam, ne inſidijs, aut decipulis pereat. Excubet aduerſus Hoſtes, *ſemper enim Diabolus quid deuoret, quærit circuens;* ſemper *Caro quid inficiat*, ſemper *Mundus, quem decipiat. Vigilemus* (repeto) *Neſcientes diem, neque horam*, ne imparatos inueniant Hoſtes.

Neque tamen penitùs terrena auerſemur, ſed tanquam villici rationem horum reddituri, ita tractemus; vt infimus Cordis oculus tellurem aſpiciat, vt terrenorum ſin nullæ, poſtremæ ſaltem ſint curæ.

XXI.

Solo Sanguine.




QVale Mortalium Gazis, non ineſt adamantinum vides Cor, bini quod mallei viciſſim pertundunt : *Inſpiratio*, & *Synderesis* : chalibeos at illud ictus contemnit, pertinacique duritie reſpuit.

ſpuit. At quamquam indomitum, hœdi ſi ſanguine madeſcat, molle Victore frangitur, & facili lenitate dehiſcit. Peccator Adamas eſt: hinc beneficia pulſant, illinc tribulationes verberant, non tamen à ſe ipſo recedit. Verum ſi Agni Cœleſtis Sanguine perfundatur; ideſt Sacramentorum adeat ærarium, rumpitur illico, & amiſsâ, quam induerat duritie, facilem ſe eruderationi ſalutari committit; vt per Pœnitentiæ opus, ad varias Virtutum formas, ſe ſe diſponat, ſtudioſèque retineat.

Inſi-

XXII.



INsignis Dei Aulici laudes, rudi planê Hymno pangimus; cuius ex interceſſione, inſignia nobis à Deo beneficia extant. Sacra, ſimplici gaudent Musâ: rudior ſi ſtylus, addictior ſit pie-

tati animus. Spreuerint si fortè mortales, Cœlites non despicient.

De Diuo ANTONIO de Padua Hymnus Apodos.

Accede Musa tenuis,
Faciat Poetam Pietas:
Nunc primùm Rythmos canimus;
Veniam, non laudem quærimus.

Adsit, vel absit numerus,
Non laboramus anxij:
Rebus incumbit animus,
Verbaq; Genius suggerit.

Musa quinquagenaria
Metri cur discat regulas?
Metiatur Auris Carmina,
DIVO ancillentur syllabæ.

O' Confessorum Gloria,
Decus ò Lusitaniæ,
Grandis ò Splendor Pataui,
Quod prætulisti Patriæ.

Aerarium per te Cælicum
Recluditur precantibus:
Quidquid à REGE postulas
Gratia florens impetras.

Gen-

Gentes Vos Vlisiponæ
Regis defunctam Filiam
Quæ vidistis resurgere,
Conciuem SANCTVM colite.

Parisium Tu suscitas,
ANTONI, mersum fluctibus:
Reginæ Neptem pariter
Toto iàm functam triduo.

Quam Medoaci gurgites
Absorpserant Infantulam,
Circumfluente Populo
Signo Crucis restituis.

Infernos Hostes eÿcis,
Sensus internos permeas,
Cæcos, Leprosos, Aridos,
Sanas, fulcis, illuminas.

Edis passim miracula,
Omne quæ captum superent;
Exlegemque Tu Populum
Exemplo ad CHRISTVM reuocas.

Amissum si quid ploritet
Vulgi demissus Spiritus,
Demisso ex astris lumine
Rem indicas deperditam.

Tu IESVM vlnis excipis,
Figisque plantis oscula;
Tremensque, & simul hilaris
Ardes, & alges humilis.

Per te

Per te Pater Omnipotens,
Mirandum opus edidit;
Opus, cui nunquam ſimile
Fortè vidit Religio.

TV LOCIS SIMVL PLVRIBVS
Eodem degis Corpore;
(Silete iam Philoſophi)
Rerum ſic Auctor imperat.

O mirum! mirum centies!
In Concionis impetu
Patavi reples Pergamum,
Simulque Patriam incolis.


Vidit Patavium: celebrat
Excolendum Miraculum,
Parentem dum innocuum
Diris ſupplicijs eripis.

Calumniator invidus
Miraculo confunditur:
Cæſus dum ſurgit Iuvenis,
Homicidam qui detegit.

Vrbs ò fælix Antenoris
Tantum ſortita Genium,
Quem Iſtri, & Gangis accola
Vt venerentur, adeunt.

XXIII.

Non Nisi Volentem.



ESca apparet Diabolo peroptata, Humanum ſcilicet Cor, ipſi quo ſuauius nihil: Deo ſirquidem illud requirenti, præcipere gaudet; cum ſciat nil enixiùs, Numen expetere, dicens, Fili

PRAE-

PRAEBE MIHI COR TVVM. Validiore itaque nisu, inhiat Cordi; at firma furentem cohibet Catena, vt NON NISI VOLENTEM possit arripere, & commordere: non enim permittit Deus, Hosti teterrimo in Hominis Animam grassari, nisi se spontè lacerandum obtrudat; sic diuexandum Iob dedit Diabolo, hac exceptione, vt *Animam eius seruaret*. Vigilemus ergo, & Canem inferum inhiantem vt laniet, Diuino iuuante Spiritu, caueamus.

Pytha-

XXIV.



PYthagoræ Y ſeu mauis Arbitrij biuium, ad Virtutem, ſiue ad Vitium patens. Terras ingreditur, liber Homo: vna ei ſoluta Voluntas, nullâ Tirannorum vi ſubigenda. Diuinum cuili-


bet satis adfulget lumen, sufficiensque adlucescit gratia, vt cæteris deficientibus adminiculis, certè per Angelum Deus recticordes admoneat, dirigatque fideles. DATVR itaque OPTIO, Supplicij, aut Præmij. Dei gratiâ, & miseratione iuuante opus est, sed & operantis voluntate opus est: *Perditio enim tua ex te Israel*; nam *qui fecit te sine te, non saluabit te sine te*. Meliora igitur eligito, viamque Salutis per amorem, timoremque Dei ingreditor alacer, vt declinato supplicij gladio, oleâ beatificâ in æterna pace fruaris.

***

Sepe

XXV.

Sepe circundedit Ei.




DOmini Vinea eſt, Cor noſtrum: ſuauiſſimos parit cogitationum racemos, ſi Pietatis floreat cultu. Innumera in hoc contulit Bonitatis Officia, Cœleſtis Paterfamilias: detraxit

tandem ſpienam Sacro de Vertice Coronam, vt ornaret non tantùm, ſed vt ſepiret, & Infeſtos Inferni Hoſtes abigeret: Dominicæ ſi quidem Paſſionis memoria, ex Vinea Cordis, Inferos Bupreſtes aſpellit, tutò vt florere, dulceſque perferre botros ſanctarum poſſit cogitationum, in bonorum Operum prouentum, Diuinâ cooperante beneficentiâ.

Vnus

XXVI.

Vnus Non Sufficit Ictus.




ACcedite, quibus adhuc Diuina Pietas Parentes commodat: Legite, & contremiſcite. Notiſſima eſt impij in Patrem Abſalon miſerrimi adoleſcentis Hiſtoria, ex Libro Reg. 2. c. 18.

Hunc

Hunc impensiùs adamauerat Dauid: Monstrum, dilectionem, contumaciâ, & odio rependit. Abhominatus est Deus tàm ingrati animi Feram: Filiumquè nequam, *triplici lanceâ, corde transfixum*, propriâque simul comâ suspensum; perire, & ad Inferna ruere iussit. Legite filij, & horrescite. Apostolum clamantem audite; *Filij obedite Patribus vestris*: siquè vestigium incautis, & deuijs, rationis inest, vobis metuite. Vindex Numen imminet, nisi parentes (Brutis deteriores) diligatis, colatis. Præcepit id arctiùs Deus 4. Decalogi mandato; interminatâ etiam sæculi pœnâ. *Oculum qui subsannat Patrem, & qui despicit partum Matris suæ, effodiant eum Corui de torrentibus; & comedant eum Filij Aquilæ*. Has ingessit Salomon minas, Prou. 30. 17. vidit autem nuper in vico Montis Ferrati Templum, (vt audiui) plenô Populi spectaculo funus, contumacis Filij, cuius cadaueri, Ecclesiam ingressi Corui, indignos oculos effoderunt.

Fulcite

XXVII.



Contrarijs inter se morbis laborat Cor: Sensus trahit, Mens vrget. Ille, voluptatem inter flores, hæc dolorem salubrem inter ægritudines expetit. Clamat iccircò, vtrinque stimulis

lis

lis actum, & varijs se se deuouet affectionibus agitandum: Sensus illecebras facit, & Humano iubet Amore languere: Mens admonet, vt angores floribus præferat, nam ex tribulatione solatium; & Diuino inspirat, vt Amore deficiat, ne prosperitate insolescat, sed potiùs tribulatione cohibeatur. Pro Malis, suaue olentes fructus scimus intelligi; at nostro etiam semel acceptum sensu vt liceat, precamur supplices, nàm nudum si spectemus verbum, hanc etiam notionem feret.

***

Plor at

XXVIII.

Plorat ad Lætitiam.



CLepſidra eſt Cordiformis, irrigandis floribus concinnata; qui vberiùs ſi madeant, in amabilem amœnitatem ſuccreſcunt. Flores ſunt deſideria ſancta, Animæ ad Deum reuerſæ: quæ ſi la-


chrymarum alantur imbre, in miram floridarum virtutum varietatem erumpunt; *vt diuinis planè oculis placeant; nil enim gratius, quàm Peccatoris resipiscentia, & pœnitudo Cœlestibus*. PLORAT ergo AD LAETITIAM Cor, quod oculis fontem suggerit lachrymarum; & iuxta Propheticum Carmen, *In exultatione metet, quoniam seminauit in lachrymis; vt manipulos* in Dei Gloria *colligeret*, æternâ fruitione ter felix. *Cor à nobis Deus postulat: lachrimæ Sanguis Cordis sunt. Ex Basil. S.*

Cordis Clepsidrâ vsa est Magdalena, cum pedes Saluatoris, largo lachrymarum perpluit nimbo. O quàm feliciter hæc ad LAETITIAM PLORAVIT, quæ amando plurimum, meruit sibi peccata plurima condonari; *Ex Meretrice facta Christi Discipula.*

Sic & Petrus; in Christi fœdam, ac miseram negationem illapsus, Clepsidram Cordis siccauit illachrymans, veniamq; non tantùm, sed & gratiarum plenitudinem impetrauit: immanisq; Peccati debitum, lachrymarum ampla solutione redemit. *Felices lachrymæ, quas benignæ manus Conditoris abstergunt;* & *Beati oculi qui liquefieri elegerunt*, (vt D. Bernardus) *lachrymæ enim Pœnitentium*, (ex eodem alibi) *vinum sunt Angelorum, quia in illis odor Vitæ, sapor gratiæ, gustus indulgentiæ, sanitas redeuntis innocentiæ, recõciliationis iucũditas, & serenatæ Conscientiæ suauitas. Ploremus ergo ad lætitiã, peccati abstergẽtes lachrymis maculas, & virtutum simul flores, suaui rigantes imbre.*

Mit-

XXIX.




TRibulationum dulcedinem, & Patientiæ ſuauitatem diù expertum Cor, adeò Crucis inſueuit dilectioni, & obſequio, vt ipſam à ſe neutiquam recedere patiatur: quinimò ipſi ſic optat

vniri, vt eadem prorsus sit Crucis, ac Cordis substantia, & Vita: *radices* igitur vt *in se mittat*, supplex efflagitat, ex his enim sibi Virtutum flores, & tandem Gloriæ fructus, securo animo spondet. Vtilis enim adeò est tribulatio, vt probationem pariat, & ducat ad Gloriam; nàm dixit Deus, *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*; Ex quo tribulatio mereri videtur auxilium Dei: sic Dauid Psal. 68. *Quoniam tribulor, velociter exaudi me*: & Psal. 30. *Miserere mei Domine, quoniam tribulor*. Nemo quantùm profecerit, nisi inter aduersa cognoscet. *Inflatur prosperitate animus, tribulatione conteritur, & patientia Deo coniungitur, vt crescat Vita in nouissimo.*

Vbi

XXX.

Vbi Maius, Cessat Minus.



ELato in Cruce Dei Filio, ad Mundi tenebras discutiendas tàm rutilo exoriente Sole, Luminare vtrumque circa meridiem, noctem incurrit. Obstupuit Vniuersum prodigiô perculsum: nec defuit


fuit qui exclamaret , *Aut Deum Naturæ pati , aut Mundum perire*. Clarificauit Iesum Pater Omnipotens, cum in Iordane se Baptismati vltrò exposuit: Pollicitus est iterum clarificare: iterum clarificauit in Cruce; & adeò clarificauit; vt Sol tanto lumine caligauerit, & Conditorem veneratus in solio euectum, tenebris se se atris condiderit. Accline Cor adstat, & in Redemptionis auge prouectum Dominum, salutari illustratum lumine, in diurnâ Mundi nocte, Meridiem suæ Lucis inuenit: tantumq; Mysterium, Crucis prouolutum radicibus, venerabundum adorat; & SOLEM, qui est LVX VERA QVAE ILLVMINAT OMNEM HOMINEM, vt Sui recordetur in Regno Cœlorum, mutus Orator sic per silentium exorat; *O fons æterni Amoris,* (cum D. August. lib. 1. Confess.) *quid tibi retribuam? Quomodo potero tui obliuisci, qui dignatus es mei recordari, etiam postquam contabui, & perij, diligam te fortitudo mea, firmamentum meum, refugium meum, liberator meus,* AMOR MEVS, *&* *purissimus* IESVS *meus*.

*

In Pa-

XXXI.

In Pace In Idipſum.




OLea, vulgare Pacis eſt ſymbolum. Oleæ hęret Cor, Ieſu Nomine inſcriptum. Hoc internam Pacem, Arbor externam denotat. Qui in Pace igitur viuunt, etiam in Domino obdormiunt,

miunt, iuxta Psalmi dictum: In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Princeps enim Pacis est Christus: & Pacem suos annuntiari per Apostolos voluit: nil enim ipsa præstantius: & cuius Elogium habeas ex Augustino. Pax (inquit) est Serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas Cordis; vinculum amoris, consortium charitatis. Hæc simultates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat; cunctis placida; nescit inflari. Qui hanc acceperit, teneat; qui perdiderit, repetat; qui amiserit summo studio requirat: Pacem enim constituit Deus, præmium ambulantibus in mandatis eius. Pax, Deum nobis; nobiscum nos; nos simul conciliat Proximo, *Nemo potest ad hæreditatem Domini peruenire* (Ait August. de verb. Dom.) *qui testimonium Pacis obseruare noluerit*. Pacem omnes expetimus: per sororem eius Iustitiam est impetranda: vt his se inuicem osculantibus, gratiarum Copia impluat Cœlestium. Pacem nos igitur amplectamur, nàm, *Pax nostra, Diabolo bellum est*.

∴

Vidit

XXXII.



VIx Mortem, Propheta, Regi nuntiauerat ægrotanti, cum tactus languens dolore Cordis intrinſeco, ad parietem conuerſus, cœpit ingemiſcere, & flere; Clementiam ploratu extorque-

re ſperans ab Altiſſimo . Haud fefellit euentus ſpem. Placatum eſt Numen, & reuocato veluti conſilio, Miſerationi locum fecit. Cordis ſunt ſanguis lachrymæ: obtulit Deo Rex pœnitens, cum fletu Cor; *flendo enim, non ridendo placamus Dominum: deliciæ quippe eius, noſtræ ſunt lachrymæ*. Legatum miſit Deus Prophetam ad Regem; Rex fletum remiſit Oratorem ad dominum; & *Legationem Compunctio impleuit, defluens per Oculos*. Vocis enim pondus habent lachrymæ, quæ, ex Diuo Anſel. *impetrant ſimul, & ſupplicant*. Ex quo D. Ambr. *Vtiliores* (ait) *lachrimarum preces puto, quàm ſermonum. Sermo enim interdum, non totum profert negotium, lachrima ſemper, totum prodit affectum*. Dauid iccirco, paucis abſoluebat orandi energiam, dicens *Domine ante te omne deſiderium meum; & gemitus meus à te non eſt abſconditus*. Ploremus ergo ante Deum; nam *Lachryma accuſatoribus ſilentiam imponit; ſententiam quandoque ab ore Iudicis rapit, audet vbi timet Angelus, nec eſt qui illam ab ingreſſu ſecretorum perturbet; & ſola ſi intret, nunquam ſola, aut vacua redibit*. Experimentum ex Emblemate patens.

***

Allicit

XXXIII.

Allicit Vt Deuoret.



FAbulantur (de more quidquid ſomniant expo-
nentes Poetæ) Sirenes, Capite Paſſerum mon-
ſtroſas fuiſſe mulieres: ſic lib.20.Hierogl. Pierius:
Alij deſinentes dixerunt in Piſcem Virgines: Ve-

I 2 riore

riore tamen, liquet Historia, meretrices fuisse, & Psaltrias, hospites quæ allicerent cantu. Quos ita captos, adeò voluptatibus dementabant, vt obliuionem Patriæ, suorumque inijcerent. Ad pauperiem tandem, ac tabem adactos, cogebant postrema necessitate perire. Sic *Mortem dabat ipsa Voluptas*: Alliciunt enim Meretrices vt Perdant. Has descripsit Egregiè Salomō Prou. VII. *Paratas ad capiendas animas, garrulas, vagas, impatientes quietis; procaci vultu blandientes, multisque sermonibus irretitos allicientes procos. Quas statim sequitur* (Vecors Iuuenis) *Quasi Bos ductus ad Victimam, & quasi Agnus lasciuiens, & ignorans, quod ad vincula stultus trahitur, donec transfigat sagitta iecur eius*. Ex quo, cautus præcipiebat Socrates, *Voluptates prætereundas tamquam Sirenes, ab ijs qui Virtutem, vt Patriam intueri percupiunt*. In quam pariter sententiam Synesius ad Herculanum, *Sirenes* (ait) *significare voluptates meretricias, quæ illos perdant, qui ipsarum cantibus*, idest artibus, *alliciuntur*. Viator est Cor, peregrè qui proficiscitur, donec Comprehensor fiat: ad Voragines sæpè, scopulos, monstra impingit. Inter hæc, meretricijs Sirenibus nil ad perdendum paratius. Malo itaquè Crvcis alligatum hæreat (non fabulosus Vlysses) vt Sirenum teterrimarum decipula vitet, ne apprehensum miserè lanient, & vorent.

Dabit

XXXIV.

Dabit Igne Cogente.



SAlutis Aſſertore CHRISTO, Symeonis menſæ accumbente, acceſſit non vocata Peccatrix; *Capitquè rigare Pedes Eius.* Quæ riſu pridie diſſoluebatur, hodie planctu reſoluitur: & conuiuan-

tium


tium lœtitiæ, Cordis gemitus miscet resipiscentis. Dabant paulo ante petulantis scintillas Amoris oculi; modò beatum perpluunt imbrem; Quid mirum! Chymicus factus est Diuus Amor: subdidit is amanti pectori flammas; sic ex oculis salutares promanarunt humores; quos sitiebat Saluator, COGENTE IGNE Charitatis, vt Cor defœcatum à crimine, fragrantes ad labrum redderet aquas, vt mundos dum Christi perluit pedes, se ipsam mundaret, publica quæ fuerat in Ciuitate Peccatrix. Silentium supplet lachrymis, veniamque impetrat dum plorat; culpam confessa, pudore excusans, non eloquio. Se Peccatricem agnoscens, Agnum adit peccata tollentem Mundi. Nobis exemplo fuit, vt collapsi resurgeremus. *Nihil enim ita conglutinat & vnit Deo, vt illæ lachrymæ quas Peccati dolor, & amor virtutum effundit. Illa in Euangelio Meretrix, Virgines quoq; ipsas Honestate superauit* vt D. Chrysost. *Quantò enim quisque & sanctior, & desiderij sancti plenior, tanto est eius in orando, fletus vberior*; vt Aug. lib. 20. de Ciuit. Dei.

Sanctorum quippe lachrimæ, a feruore Charitatis prosiliunt, quâ toti flagrant erga Deum.

***

Sacrum

XXXV.



IN mortuis denſari ſueuit ſanguis : at liquauit Amor in Chriſto , qui emiſſo ſpiritu Iuſſit militem , *inſolità feritate* , *aperire latus* , ne gutta cruoris in corpore remaneret. Imò ſuperfœtauit


& Aquam

& Aquam, pariens dilectionem, & Mundi salutem Amor. SACRVM illud ÆRARIVM fuit, quo reserato, thesauri effluxêre sacramentorum: Aqua ad ablutionem Baptismatis; Sanguis ad nutritionem, & Vitam, in Eucharistia; Vita est in sanguine; Sic Spiritualis Vita, in Christi spirituali sanguine viget Ex latere Adæ veteris dormientis, sponsa eius Eua eformata est: Ex latere noui Adam in Cruce expirantis, educta est sponsa eius Ecclesia. Noe, iussus est in latere Arcæ fenestram pandere, per quam animalia ingrederentur, ne diluuio perirent: Sic Christi latus fidelibus patefactum, vt in hoc asylo ab hostibus tutarentur. Hinc cecinit Pietas, *intra tua vulnera absconde me*; & *Aqua lateris Christi laua me.* Aqua, quam e Petra eduxerat Virga Moysis, apertè mysterium hoc augustissimum præmonstrauit: nam (vt Apostolus) *Bibebant autem de spirituali consequente eos Petrà, Petra autem erat Christus.* Augustinus notauit Euangelistam, Mysterium decens Verbum vsurpasse *Aperuit latus*, non vulnerauit, percussit, sauciauit, transfodit, transadegit, transuerberauit, aut simile; sed *Aperuit*, vt *Ostium* ÆRARII SACRAMENTORVM ECCLESIAE, Christi latus adoraremus.

In-

XXXVI.

Interdiù Tantùm.



INutile prorſus Horarium eſt index noctu, quô Sol horas ſubdiuidit. Fruſtra Cor noſtrum laborat, niſi Iuſtitiæ Sol Chriſtus illuſtret, ſuiſque radijs per tribulationum vmbras quid agendum, ceu o-


peribus per horas diſtributis oſtendat. Nonne diei ſunt horæ duodecim? Varijs igitur cogitationibus, ſemper tamen Deum reſpicientibus, mens eſt occupanda: varijſque operibus exercendā manus, aut Dei obſequium, aut proximi vtilitatem quærentes. Sin malimus Emblemate quædam innuere Corda, quæ

INTERDIV TANTVM, iucundis nimirum temporibus Deum glorificant, cum autem digitus Domini tetigit illa, patientiam eiurant, & Deum minus indulgentem incuſant.

Gratia

XXXVII.

Gratiâ, & Arbitrio.



COr geminum, figuli rotæ insidens vides. *Paulum* tibi, & *Iudam* exhibeo: vterque Dei plasma. Amauit vtrumque Deus. Peccauit (notum vniuersis) vterque. *At Gratia, & Arbitrio Vtens*

Paulus, Vas Electionis efficitur, Doctor Gentium, Tuba Spiritus Sancti, Fortissimumque Ecclesiæ columen. *Abutens Iudas*, suspendium ludit, choro Demonum irridente: perit, quodque miserrimum, bis perit, qui viscera solo spargit, qui animam inhianti permittit, imò committit Diabolo. Caueat quisque sibi. *Perditio, salusque nostra non sine nobis*, prout tamen Diuinæ gratiæ adnitimur, aut obnitimur, *vtentes*, vel *abutentes*. Prior eorum salubre sit nobis exemplum, vt animitùs conuertamur ad Dominum.

***

Opima

XXXVIII.



DEſcendit in arenam vterque Amor. Cœleſtis, ac Senſualis. Diù certatum eſt inter illos. Victoriæ Palma, Cordis erat poſſeſſio. Neuter viribus, artibus pepercit neuter. Diuinus tan-


dem

dem Monomachus, Mortem qui olim ſtrauit, Diabolum vicit, Vulgaris quoque Amoris ſpecie pugnantem. Laborauit Ieſus Amor, ſeditque laſſus, prædam vt eriperet Hoſti: Poſtremo ad Crucem confugit, vt arietaret ſuperbum. In Ligno ille vicit olim, in Ligno pariter victus eſt: ſolioque Tyrannus Cordis deiectus, ſpolium opimum, Regi Clementiſſimo permiſit.

Gra-

XXXIX.

Gratiarum Septemfluus Amnis.



NIlus hic eſt Cœleſtis, non ex Terreſtri Paradiſo promanans, ſed ex Empirei erumpens fœlicitatis Abiſſo. Pactolum dicerem, aut Gangem, ni Auro, Gemmiſque præſtantiora adduceret munera.

munera. Ignotam iactant Nili originem, huius quoque abstrusa inter æternitatis viscera. Septeno iugiter efluit gurgite; ditans Animas, quibus placet irrigari. Postremo nobis de fonte, priores haustus obtingant; *Timor* namque *Domini, initium Sapientiæ est*, cœterorumque fœlix Præcursor Munerum. Dictum est, *Maledictus Homo, qui confidit in Homine*: qui vero in Deo confidit, *sicut Mons Sion, non commouebitur in æternum. In se confidentibus* autem gratias elargitur Spiritus Sanctus vberrimas, *sacro septenario* complexas; per quas habeamus *Virtutis meritum, Salutis exitum, Perenneque Gaudium*. Amen.

Lentè

XL.

Lentè Deliberandum.



PErnici volatu quæ aſcendunt Corda, lapſu (vt plurimum) grauiore ruunt. Ex paleis rèpentè ſuccreſcit flamma, repentè extinguitur. Conſulto opus eſt, & maturè agendum, non præmaturè;


nàm *Celeritas, infamis est naufragijs; Festinationisque, comes Pœnitentia est.* Videmus frequentiùs currentes, quàm ambulantes cadere. *Fungorum est, vnâ prouenire nocte.* Circa grauiora diù cogitandum negotia; nàm *Posteriores cogitationes, sapientiores sunt primis*: & *Quod rectè factum volumus, tradendum est Tempori.* Prudenter Statius. *Ne frena animo permitte calenti; Da spacium, tenuemque moram: male cuncta ministrat impetus*: hinc ab inceptis inconſultò, multi turpiter receſſere. Huc ſpectat, (ſi profanis inter ſacra fas locum dare) adagium, *Cor calidum in re frigida*; deductum ex Sophocle in Antigone; vbi Iſmenem inducit deterrentem Antigonem, ne Polynicem ſepeliat, contra Regis edicta: ab audaciâ namque vt abſterreat, Calidum, inquit, in re frigida Cor habes; audaciam nimirum malè auſpicatam, & in qua incœpto vix opere, frangatur animus, & cadat.

***

Sperò

XLI.

Spero Videre.



SErmo nobis eſt cum Fidelibus: non ſuademus, ſupponimus Purgatorium: in quo, quicquid ſordium tenaciùs Animæ hæſit, felici igne defœcatur. felici (inquam) ſpes quoniam ex eius in-

cendio efulget. Amat Animula mundari,ne cœno adhuc vitiorum fœda, ſponſo Deo ſe exhibeat. Pudet Criminum; reliquias eorum cupit enixiùs deponere. *Nil* quippe *inquinatum Regis conſpectum ſubit*. O ignem ſupra captum mentis exurentem! dulce tamen incendium eſt, ſi captiuitati compares, à Deo Animam ablegante. Ignis Purgatorij, vt ait Angelicus, *Ignis alligans eſt*, cuius ſæuiora ſunt vincula, quàm flammæ, Animæ, Deum ſuum anxiùs peroptanti, conſpicere, & intelligere.

* * *

Exper-

XLII.



EXundat adeò miſerationibus Diuinæ Clementiæ Ærarium,vt quos dilexit enixiùs Homines, optet etiam in Mortali Vita felicitare:diuitias proinde, proſperam valetudinem, bona animi, lar-

giùs

giùs tribuit, vt his veluti salutis adminiculis vtamur: at insolescit iucunditate animus; & inter voluptatum Papauera Cor sopitum, altiùs dormit, oblitũ, militiam esse Vitam Hominis super terram, ipsique aduersus Hostes multiplices excubandum. Proh Diuina dilectio! miserta pereuntis inter somnificas luxuriæ stirpes, Vrticam mitis admouet manus: torpentique Cordi ingeminat, Expergiscere. Vexacio, dat intellectum: sic resipiscens seriò Cor, cum Regio Propheta exclamat,

Conuersus sum in ærumnat mea, dum configitur spina.

* * *

XLIII.



QVis dabit Capiti meo Aquam, & Oculis meis fontem lachrymarum, eiulans ingeminabat Propheta. Pœnites Peccator, dare nequibat Capiti Aquam, vt quantum in ſe erat, à vertice mun-

daretur

claretur. Recordatus eſt dicti, Beati qui lugent: Cœpit ergò abundè flere, vt erumpente ex oculis fonte lachrymarum, impleta ſit alueus Cordis, adeò vt inſiliens, & proſiliens Ploratus ſaluberrimi Aqua, fontem, caput quoque perluentem effecerit, AQVAE SALIENTIS IN VITAM ÆTERNAM. Plora Peccator; & *Effunde ſicut aquam COR tuum, ante conſpectum Domini*; ingemina lugens; *Pater peccaui in Cœlum & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus*. De peccatorum fonte, vena exiliat lachrymarum, & oculi reſoluantur in fletum: non tamen per genas ad oſtentationem voluantur, ſed ad conpunctionem per dolorem promanent, largiùs proluentes Cor impurum: Hæ, veræ Pietatis indices, & Deo acceptabiles effluunt, & deliciarum loco, ſunt Fidelibus lachrymæ. Hæ ſunt fons Hortorum, puteuſque aquarum viuentium, quæ *fluunt impetu de Libano*. Hæ fons irrigans, iugiter manans, vt noſtrum in Deum Amorem nutriat, & dilectionis ardorem, admirando penitùs alat, augeatquè miraculo.

In

XLIV.

In Terra Noſtrâ.



FIgulinum Cor eſt, adeò foraminibus concinnatum, vt enutrire diſpoſito ordine flores poſſit, ſummâ intuentium iucunditate. Terra, Humilitas eſt, præſtantiſſima apud ſe vilitate ita Deo

M placens

placens, vt Virtutum flores huic libentissimè inserat, quibus ipsius oculi, naresque oblectentur. Humilitate, puritatis lilium, pudoris Rosa, pœnitentiæ gladiolus, Constantiæ Amaranthus, sobrietatis Viola, aliarumque Virtutum flosculi, nutriendi traduntur feliciter adeò, vt perenni ceu affuso latice exultent: sibi igitur gratulatur Humilitas, suæ Terræ flores apparuisse, quibus tandem sertum sibi contexere, & Regis Dei Aulam, tanto redimita decore, ingredi possit. Excelsa est Patria, Humilitas est Via: Ergo quærens Patriam (ait August.) viam recusabit? Excelsus es Domine (idem clamabat) sed Humiles CORDE sunt Domus tuæ. Sic Maria meruit Dei fieri Mater; *Terra* enim fuit Humilitatis; ex quo *germinauit* Saluatorem, & dedit *fructum Benedictum ventris sui*, quoniam *Respexit* Dominus *Humilitatem Ancillæ suæ*.

Detur

XLV.



VAleant Ethnicorum figmenta, quibus adeò Corda inficiuntur, vt vtramque vitam expirent inter voluptatum iniurias. Faceſſat à nobis Phrygio cum Iuuene Cypria Venus, aureumque


M 2 exter-

exterminetur à puris animis profani Iudicij Pomum. Cor gemmeum, aureum, coronatum, pulcherrimæ detur Virginum. Aureum Charitate; gemmatum Virtutibus, coronatum Perseuerantiâ. MARIA, pulchritudinis Idæa est, de qua æternus protulit Sponsus. *O quam pulchra es.* Hanc vocauit Formosam suam; in eius puritatis oculis vulneratus est. *Pulchra vt Luna, Electa vt Sol: pulchri gressus sui* dicuntur. *Tota* denique *pulchra est*, & penitus sine macula; Dei Mater, quam Peccatores præsidium nostrum, Speique nunquam frustratæ suspiramus Asylum.

Dabis

XLVI.

Dabis Gaudium.



MErcator, ſimulque Languens eſt Cor. Lipopſychia ſæpè corripitur infelix. *Defecit Anima mea in atrijs tuis. Contriſtatum eſt Cor meum: Quarè triſtis es Anima mea.* Si Dolet; *Conturbata ſunt omnia*


omnia ossa mea: non est sanitas in Carne mea, male tandem se habet miserum, auxiliaremque manum quærit, clamitans tota die. Familiarius Medicis remedium nullum exhilarando Cordi, quam Margaritæ, acri solutæ humore. Has quærit quâ languens; etiam quâ Mercator est; Vniuersi circuens Emporium: *Vidit Bonam Margaritam*, statim què habendi cupiditate flagrauit; *vendidit iccirco omnia, quæ habuit*, cuncta scilicet desideria abdicauit, vt Regno potiretur Cœlorum; iuxta Euangelij Parabolam: gaudijs enim Mundi vilescentibus sibi, ad æternam cum Beatis lætitiam adspirans, ex Diuina ipsam Bonitate, se cooperante consequitur.

* * *

Semi-

XLVII.

Semitas Tuas edoce me.




CHristi semitæ, flagella, Columna, Spinæ, Claui, Crux: tribulationes, labores, vigiliæ, itinera præcessere Mortem, & ignominiam. *Oportuit pati Christum, & ita intrare in Gloriam suam.*

In

In tribulatione igitur vnusquisque lætetur, vias enim Saluatoris iam tenet, vt per ipsas breui Commigret ad Gloriam: Qua propter meritò Apostolus in tribulationibus gloriabatur, ad Rom. 5. sciens quod *tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem; spes autem non confundit, quia Charitas Dei difusa est in Cordibus nostris, per Spiritum Sanctum.*

XLVIII.

Neſcitis Diem, neq; Horam.



DYoniſium Siracuſæ Tyrannum, familiari cuidam Adulatori, Ipſum quem mortalium feliciſſimum prædicabat, conuiuium paraſſe ferunt; eundemque Regia ſede locatum cœpiſſe diſcum-


bere ; gladio tamen peracuto, ſanè quam tenui filo ſuper caput eius, minaci mucrone ſuſpenſo. Sui ipſius Adulator eſt Cor Humanum. Epulo ille, Euangelicâ tubâ celebris, bona ſibi gratulabatur repoſita in multos annos: eâdem tamen nocte, mortalium miſerrimus, *mortuus eſt, & ſepultus eſt in Inferno. Vigilemus ergo, quia neſcimus* DIEM NEQVE HORAM.

{***}

Ma-

XLIX.

Maiestas et Amor.



NOn bene conueniunt, neque in vna ſede morantur MAIESTAS ET AMOR, ſi vulgares conſideremus Amantes: ſed Amor Ieſus viæ (inquit) meæ non ſunt ſicut viæ Hominum. Euchariſtia

Piam simvl deitatem; tremendamqve Maiestatem connexuit; vt Deus Hominem adire non dedignetur, sed ipsum se, non tantùm Animæ illius per gratiam, sed & corpori per presentiam communicet. Maiestas cogente Amore, descendit ad famulum. Stupent Angeli, Cteatorem dum contemplantur, tota Diuinitatis Maiestate coruscum, terras inuisere, terreamquè subire cryptam, vt Animam radijs suæ Charitatis, & Claritatis illustret, sui Amoris vrat ardore, suæ denique Carnis, & Sanguinis alimento viuificet, vt secum in æternum circumflua beatitudine viuat.

* * *

Hic

L.



SVnt quidam adeò mortalis Vitæ tenaces, vt nullum præter hanc Empireum desiderent. Caro, & Mundus, fluxa desideria faciunt. Horum Anima numquam se supra Corpus attollit: infima


isthæc

isthæc terrea, summi habent Boni loco. Dolores propterea auersantur, & tribulationes, quoniam ipsorum Cælum, est Terra. Non sic Augustinus; qui perditam iuuentam, sanctissimâ excepit Virilitate. Dei Amans effectus, illicò mundialia est auersatus. Nouerat delicta iuuentutis suæ multa, & magna, pro quibus timebat: sciens tamen Misericordias Dei, quarum non est numerus, vt hâc vitâ à criminibus expiaret, per tribulationes, & angustias, rogabat, dicens, HIC vre, hîc seca, vt in æternum parcas. Dauid sic in Psal. 25. Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum. Tentat enim Deus vt Coronet; Diabolus vt subuertat, & correctio Dei semper cum dilectione est. Ita qui scribo, amantissimum Redemptorem exoratum percupio. Amen.

***

Vbi

LI.



GEmina Corda exhibeo. Craterem alterum tenet aureum, ſignato obrizo grauem, armillis, multiplice torq;, gemmis. Inſidet pondus inutile, ponderi. Aurum ſibi luto par eſt. Ser-


uit

uit is, ipſi, non imperat. Nullus pecuniæ vſus: idem ſi abſoret. O miſerrimam Auari conditionem! Bufo, limo incumbens is eſt. Totus, vbi numiſmata: nàm VBI THESAVRVS TVVS, IBI EST COR TVVM. Corculum alterum theſauro quodlibet pretioſius, inſidet Cœlo, Ieſu adnexum ſuauiſſimo. Vtinam theſaurizemus theſauros in Cœlis, vbi neque aerugo, neque tinea demolitur, neque fures auferre poſſunt.

* * *

Quò

LII.



COrpora impura quò magis nutris, eò magis lædis: Hippocraticum eſt monitum. Cor vides vlceribus, puſtulis, ſcabie fœdum; varijs nimirum criminibus maculatum: audens tamen ad

O ſa-

ſacroſanctam Euchariſtiæ Menſam accedere. Iam iudicatum eſt. Sic Iudæ fuit in perditionem, cæteris Apoſtolis in ſalutem. Iudicium ille ſibi manducauit, & mortem, non dijudicans Corpus Domini. Sumunt boni, ſumunt mali, ſorte tamen inæquali, Vitæ, vel interitus. Veteraſcunt aliquando cordibus, peccatorum neglecta vlcera; quæ familiaritate Sacramenti deteriora redduntur. Caueat quiſque ſibi, & phagedænas plagas, pænitentiæ Balſamo compeſcat.

* * *

LIII.

Fige Validè.



DOminicæ Paſſionis memoriâ Animam ſummoperè iuuari; Saluatoremque Ieſum Dominum mirificè his meditationibus delectari, notiſſimum ex Doctrinis, ac Reuelationibus Sancto-


rum : ac potissimum diuarum mulierum Gertrudæ, Brigittæ, Catherinæ Senensis, Theresiæ. Cor ergo Diuino ardens amore, Deiparam sic deprecatur enixiùs. Sancta Mater istud agas, Crucifixi FIGE plagas, Cordi meo VALIDE; vt si qua fieri possit, contemplationis intensione, dignati pro nobis pati Redemptoris, secum diuidantur pœnæ. His enim Caracteribus Cor impressum, certum Salutis gestat in se Chyrographum, vt de electorum numero, meritò censeatur. Tepent Hominum Corda: Amoris vt eliceret scintillas Deus, excutiendas suæ Passionis Chalibe voluit.

Amore itaquè calens Cor, eadem sibi infigi vulnera cupit, quæ *Christo* fuerunt infixa. Id moris fuisse legitur quibusdam Orbe nostro diuisis Gentibus (vt Diodor. lib. 4. cap. 1.) in Amoris indiciũ, *ijsdem se sauciare vulneribus, quæ REX acceperat.*

Maior

LIV.

Maior est Misericordia Tua.



LVdionem, eumdemque furem, mœchum, sicarium, blasphemum, sacrilegum; ex aleis, crumenâ, scorto, trucidato cadauere, alijsque signis expressum vides. Singulis criminibus, æterna debentur

bentur supplicia, quoniam æternus est Deus, cui per scelera displicuit scelestus seruus. Immensa tamen Diuinæ miserationis abissus, pœnitentem respuit nullum: *quotiescunque enim ingemuerit Peccator, ampliùs non recordatur peccata illius.* Vnus Iudas, & si quis alius ei similis, desperatione se prodidit, cui scelus par nullum: detrahit enim hic ei, inquantum potest, Diuinitatem, *Cui proprium est misereri semper, & parcere:* nam est *veniæ largitor, & Humanæ Salutis amator,* pro qua semetipsum tradidit, formam serui accipiens, & vsque ad Crucis mortem obediens. Tanti vtinam non sit laboris dispendium.

Dies

LV.

Dies Mei sicut Vmbra.




PEccatum Æuiternitatem cum annis, & mensibus commutauit: rapidissimumquè mortalitatis peperit cursum: Homo exinde, *quasi Flos egreditur, & conteritur*. Iamque Morte capitur,

qui mox initiatus ad Vitam. Sic Rosa fatiſcens, ſui luget Orientis Occaſum, lachrymis dum roſcidis morientem purpuram rigat; pulchritudine ſuperbiens ephemerâ. Ictu oculi cadit, quæ egreſſa vix calicem, allicuit oculorum obſequia. *Floris inſtar Homo procedit ex occulto, & per Mortem ad occulta retrahitur*. Momentiſque ocyſſimè tranſuolantibus, cuncta rapiuntur. *Vniuerſa Vanitas, omnis Homo viuens*. Vanitas vmbra eſt, & Nihil. DIES MEI SICVT VMBRA *declinauerunt*, fæliciſſimus ait Regum. *Anni noſtri ſicut Aranea, & breues dies Hominis ſunt; & numerus menſium eius apud Deum*, Patiens lugendo cecinit. Nil aliud eſt Homo, quàm ſepulchrum ambulans, cadauerque ſenſibile: nos autem inepti fallimur, Mortem qui procul eſſe conijcimus. Fragiliores vitro ſumus: illud, licet fragile, ſi ſeruetur durat; nos cadimus; *nec in eodem ſtatu diù permanet Homo*. Anguſtum, & anxium Vitæ mortalis tempus: *Bonis tamen Mors beneficij loco, citiùs nam ad Deum traſmittit*. Viuamus ergo, quaſi quotidie morituri: & ſolidiùs nos comparemus, æternùm manſuris: fluxa namque ſunt, & vtilia, quæcunque ſunt infra ſydera.

Rectum

LVI.

Rectum Innoua.



REctum vt in se renouaret Spiritum, Propheta Rex, supplex orabat Deum; Spiritus quoniam quemadmodum corpori multi sunt, naturales, vitales, & animales, ita & Animæ multi sunt

P Spiri-

Spiritus: inflexi plures, & obliqui, ideſt, terrena reſpicientes. Ambitionis quippe Spiritus Dignitates, Auaritiæ Lucra, Luxuriæ Voluptates, cæteroſque percurre. Hos ſibi exitiales intelligebat Dauid; ex quo *rectum Spiritum*, ideſt, rectilineum poſtulat, & ex Cordis centro ad Deum nullâ circumflexione tendentem, & qualem lachrymarum copiâ obtinuiſſe cognouimus: cum enim per Pœnitentiam ſurrexiſſet à crimine, adeò ante Dei conſpectum probitate claruit, vt Homo dici ſecùndum Cor Omnipotentis meruerit.

Nulli gratiam denegat Deus, qui cum ſummum ſit Bonum, ſuapte naturâ communicabilis eſt, niſi reſpuat Culpa Bonitatis acceſſum.

***

Di-

LVII.

Distrahor non abstrahor.



PAtrem familias vides, laxiore vinculo, præualido tamen, Cruci alligatum; Circumstant quæcumque mentem. Hæret quidem Cruci, quam ei Deus elegit, aut quam sibi delegit, vt separari o-

P 2 mnino

mnino renuat, aut etiam difficiliter possit, nisi à recto tramite voluntas deflectat: verùm, in diuersa rapitur; vt sin abstrahatur, certè sæpemmuro à salutari Trunco miserè distrahatur: pluribus enim Dominis seruire simul non possumus. Fælices, quibus ex Diuinâ miseratione, prudentique arbitrio, ad contemplationem apti recessus contigêre; vbi orationis energiâ ad Deum ascendere, eidemque per Charitatem vniri conceditur; Dignitatibus, Diuitijs, Voluptatibus posthabitis, & despectis; Amanti etenim verè Cordi, Deus est omnia.

* * *

LVIII.


Nihil me Separabit.



QVis nos separabit à Charitate Christi? Interrogat Paulus ad Rom. 8. *tribulatio? angustia? fames? nuditas? periculum? persecutio? gladius?* siue de Christi Caritate erga nos, cum Toleto, & Pererio intelligas,

telligas, siue de nostra erga Deum, cum Chrysost. Theod. Ambr. Theofil. Anselmo, & alijs, statim vinctum Cruci Cor respondebit: NIHIL. Non tribulatio: quoniam (ait Paulus) *in tribulationibus gloriamur*. Non angustia: quoniam vt Cete pisciculos, ita absorbet ampla Charitas Christi angores. Non fames: quia Cibus noster est Christus. Non nuditas: quia Charitas Christi vestit non tantum, sed armat: Lorica est enim. Non periculum: veteranus nàm mile non deterretur; ambit, non fugit illud. Non persecutio: quoniam *Principes me frustra sunt persecuti*; vt à Christo abducerent: Non gladius; *nàm mihi viuere Christus est, & mori lucrum*. Quarè audiat me Cœlum, me Tellus audiat; Nihil (Paulus inquit, & cum Paulo Cor Dei Amans) me separabit à Caritate Christi. Tenaci adeò Amoris glutino sic hærebat Paulus, vt iam dissolui optaret, cum ipso vt esset. Pauli Peccator sancta legat vestigia, & saluti trunco deuinctus, Crucis se trophæum ostendat, & à Christi Charitate ablegari, nullo patiatur astu Inimicorum Spirituali- um.

LIX.



SEptemplici transfixum Gladio, Cor deiparæ vides. Tale vulgaris pingit Pietas, ſeptenis quoniam potior fuit Dolor: at *quid aliud Mariæ Vita, quam Dolor*? Ieſu Filij Paſſioni ingruenti ſem-

per adfixa, etiam Gaudia Dolore, miſcuit. Cognouit ſe DEI Matrem, Verbum ſibi Æternum eſt gratulata: quoties verò Cruci mente concepit fixum (quod non cogitauit nunquam) tranſuerberata gladio, eius Anima comploravit. Ita tamen vt Diuinæ voluntati ſubſcribens ſemper, ſuos dolores ſin compeſcere potuit, æquo ſaltem animo tulit. Non Niobem, non Hecubam fabulamur, Chriſticolæ. Veram Dei Matrem ſtupeſcimus, & venerantes contemplamur; quam vnam Poſuiſſe Constantiae Metas merito dicimus.

Mulierem ſic *Fortem* in Matre, Ieſus: in Maria, Mundus *inuenit*.

***

Nulla

LX.

Nulla est Redemptio.



COgitatu horrendum obtundo. Mors quidem communis omnibus, non Infernus. *Nasci, pati, mori*, hominum est; non damnari. Subit Infera nolens nullus. Lex impletu facilis; at ribellis

animus, leuis quoque oneris eſt impatiens. Labores qui recuſat contumax, pœnas cum æternitate luit. Viuens, commorietur perpetuò Diabolis, qui Angelis æternùm contempſerit collætari.

Reſipiſcat Chriſti ſanguine redempta Anima, ne tam præſtans gratis prodigatur theſaurus; atque Redemptori debitas perſoluere gratias cum beatis, (felicitate perenni diues) ex hoc ſęculo nigrans, poſſit.

Non

LXI.

Non potest Peccare.




ADmirandum planè videri potest, quod Euangelista, dilectus scribit. *Qui diligit Deum non potest peccare*: Cum habeamus ex Propheta, *Omnis Homo mendax*; cumque *septies in die cadat iu-*

ſtus. Verùm ſi exactiùs Ioannis perpendamus dictum, fateri prorſus cogemur, Qui dominum diligit, non poſſe peccare. Quoniam Amor eſt Vnitiuus, & qui Deum diligit in eo manet, & Deus in eo: impoſſibile autem eſt, manẽtem in Deo peccare; ſtatim enim vt peccat, longè fit à Deo; nec affirmare licet, peccantes Deum diligere; peccatum nãmque vindictam clamat, vindicta verò delictum, aut iniuriam ſupponit: quæ dilectioni implicat; & ſic verum eſt Ioannes aſſertum: *qui Deum diligit peccare non poſſe*. Noſtri igitur Amantiſſimum Ieſum, mutuo diligamus Amore; eſt enim dilectio, contra peccati virus, præſtantiſſima Antidotus.

***

Non

LXII.




COr contritum, & humiliatum, ſacrificium Deo, ſpirituſque contribulatus. Turgebat pridiè peccatis; attritus eſt dolore tactus intrinſeco, Deo quoniam ſuo ſuauiſſimo, & optimo diſplicuerat.

plicuerat. SI VIRGA POENITENTIAE, CORDIS RIGOREM CONTERIT, (vt sancta Canit Ecclesia in Hymno O SOL SALVTIS INTIMIS, CHRISTE REFVLGES MENTIBVS) desilit in fragmenta, & Alabastri instar fracti, & Nardino oppleti, nares Dei suaui replet fragrantiâ: vt per gemmeas, aureasque scissuras, salutaris irrepat Gratia.

Non

LXIII.

Non Plus Ultra.




CAlpem, & Abilam poſuiſſe Herculem naui-gantibus metas, fabulati ſunt Veteres: a-page à nobis fabularum inuolucra. Sacroſancta nos Myſteria pangimus, & quorum celſitudi-ne

ne mens & laborat, & gaudet. Abilam, & Calpem Diuinæ Potentiæ, & Diuini Amoris posuit Eucharistiæ augustissimum Sacramentum, quo se Deus Homo comunicauit hominibus; cum quibus suas sic esse delicias voluit, vt se ipsum veluti fœderis obsidem, tota simul Humanitate, & Diuinitate adorandum, & assumendum præbuerit. Sic *Panis viatorum* effectus est Deus ille, *in quem desiderant Angeli prospicere*. Meritò Hic ergo exprobrat ingratis, (quibus se dedit in remissionem peccatornm, & præmium vitæ eternæ) *quid potui facere, & non feci*? nihil enim Omnipotentiæ, Sapientiæ nihil, nihil Bonitati supererat, ampliùs cũ nihil Deo præstantius, ac dignius possit à Deo Creaturæ comunicari.

Mu-

LXIV.



COR vides pridiè ſordidum lethali peccatorum vlcere Magdalenæ peccantis, mundus quod ambit muliebris, quinimmò meretricius. Procorum imaginibus, Vnionibus, armillis, Vnguen-

 tis,

tis, tenijs, ſpeculoquę inſueuerat, proiecit cunctas, diſcuſsâ oculorum caligine, & ad ſe ipſum reuerſum, flagella blanditijs, lenocinijſque voluptatum ſuffecit. Vtinam quam habuimus criminum comitem, pœnitentiæ exemplum ſequamur. Ergo mutatam Excelſi dexterâ, ſeptem Olim Dęmoniorum ſtabulum, nunc Dei Tabernaculum veneremur.

***

Inue-

LXV.



PEccator, cum in profundum venerit, ſpernit: iccirco ſuos inter hoſtes inueterat, quoniam Chriſti ſuaue iugum detrectat; aſperrimo vero, ac grauiſſimo ſpiritalium Tyrannorum iugo inſue-

uit. Sic perfida Hebræorum Gens illa, cepis, ac carnibus Ægypti familiariter vsa, Terram fluentem lac, & Mel contemnebat, quinimò auersabatur. Resipiscat Peccator tandem, iugumque Diaboli excutiat; eluso vt Mundo, & Carne subactâ, possit Cœlorum Moderatori, & Gloriæ Regi, tota æternitate conuiuere.

***

Ex

LXVI.

Ex aliena Noxâ.



APprehendit dexteram Vipera, longè diſſitam à Corde: Cor tamen occupat Venenum, & Mors. Manus Principis ſunt quot quot eius gerunt vices. Hi ſi à Iuſtô deflectant ſciente Re-

ge,

ge, ipse plectetur; & *Aliena Noxa* peribit. Ei enim Onus incumbit probos, & sapientes Viros ad Ius dicendum deligere: nil enim difert, ant ipse iudicet, aut alius ex eius imperio. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram*, & auaros, turpesque criminum notis iudices, à tribunalibus arcete: reddenda nàm vobis erit ratio de ipsorum iniquitatibus: sic Regius vates sibi timens clamabat, *Et ab alienis parce seruo tuo*. Idest remoue quæ mihi nocitura vides: *parcere* enim, non semper *indulgere* significat, sed *abstrahere*; sic Virgil. 3. Æn. *Parce pias sceleram manus. Subditorum sanguinem requiret Deus, abijs qui præsunt;*

* * *

Ra-

LXVII.

Rapientis Esca.



ACcipiter, antiquis quaſi ter acceptus eſt dictus: felicia quippe ex eius occurſu ſomniabant Omnia. Inauſpicatus eſt Infernus Accipiter. Expetit Corda Deus, vt viuificet; Hic, vt deuoret.

ret. Accipiter proximus Terrę volat, ne prædæ quam captat, se prodat: Diabolus in insidias semper. Prædæ iam captæ oculos effodit Accipiter, vt spes adimatur fugæ; Diabolus Peccatores excęcat. Semper esurit Acipiter, vt vel stercora deglutiat: Os inferni semper expletur, nec vel maximè impiã animam respuit. Columbas tamen acriùs insectatur, id est puras Animas, vt Creatori eripiat Amanti: per Accipitem enim Ægyptij, Principatum per vim & dolum, adeptum notarunt; vt Plutar. de Osir. Celer in capiendis auibus Accipiter, celerrimus in captandis animis Diabolus. Ob hoc Antiochus, dictus Accipiter, quia summoperè in expeditionibus celer. Crudelis præterea; ex quo Chrisost. in Matth. Pharaonem vocauit Accipitrẽ. Si quid de præda is appetit, COR eruit & vorat, vt Alb. Magn. lib. 23. de Animal. licet Arist. 9. Histor. c. xi. Pliniusquè lib. 10. c. 8. id negent. Cor igitur, debitum Deo, Hosti teterrimo subtrahamus: & quoniam Panis Hominem nutrit, & Accipitrem euecat, sæpè Cœlestem Panem, Eucharistiam commanducemus, sic Cor nostrum, Pessimum eludet Accipitrem.

Vulnus

LXVIII.



EAndem vtrinque mulierem vides. Procacem olim, formosam, hilarem, ſucci plenam, purpurâ, & candore amabilem; iuſſiſque ſequacem; adeò deperijt Cor, ei vt hærens, à ſe ipſo, quod-

que longè deterius, à Deo recesserit. Muto modò silentio horridam, gelu rigidam, squallore marcidam, vermium tandem escam iam adeò auersatur, vt ad se ipsum, quodque longè laudabilius, reuertatur ad Dominum. Nix de fimo effluxit, sic candor prouolutus in stercora. Sirenes à gutture abiere, aurum à coma, Ebur ab vbere: fœtent omnia, absterrent intuentem, dispellunt. Accurrite fluxæ amantes formæ. *Vulnus*, Os Mulieris inflixit, mulieris Ossa *Medelam* dabunt. O dulcis memoria Mortis! ò salutare aduersus Carnem Alexipharmacum! Iam tandem à pectore Amoris impuri flammæ facessite: precoci spargitur coma cinere. Resipiscamus. Siquè Mulierem viderit Oculus, & placuerit, illicò Mens exurgat, Sensum sic increpans: Quid ad me forma procax? Elegans est? Et ipsa, id si conabitur, ad Beatitudinē tēdit. Suo aut creata Viro, propagetur vt sacrô vinculo species: aut Virginitate illibatâ, eius vt candore, cœlestes lætentur sedes. Ad me ea nihil. *Qui viderit Mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in Corde suo.* Mortis impluente memoriâ, impuri protinus frigescet Amoris æstus. *Forma Meretricis, laqueus est Diaboli. Omnia retibus plena sunt. Esca ostenditur, laqueus absconditur, vt incautè accurrentes, hamum voremus.* Felices qui de periculo educti, ad te Deum peruenire meruerunt.

Mi-

LXIX.

Miserere Deus.



EXiguum quidem, mirandum tamen illud Animal, Apulis familiare, Philosophis ingens obtulit disceptandi, ac meditandi argumentum. Phalangio simile, ex Tarento, Tarantulæ nomine est

insignitum. Iubet somno torpere, quos momordit incautos. Ex Harmonya salus: Choræas quippe saucius ducit ad ingentem sudorem, & sic peculiari sibi sono sanatur. Tarantulâ demorsum diceres Peccatorem. Hic aut somno mersus pigritat, animæ contemnens lethargum: aut agitatur miser; nam *Pax non est ossibus meis* (clamat Dauid) *à facie peccatorum meorum*. Huic tunc sanari contigit, cùm verè ad Deum reuersus, MISERERE MEI DEVS, ex animo auspicatus, *super niuem dealbari* meruit, vt per Choræam Pœnitentiæ, exultarent *Ossa humiliata*. Cum Augustino clamemus ad Dominum: *Ægrotus sum, ad Medicum clamo, cæcus sum, ad lucem propero, mortuus sum, ad Vitam suspiro: Miserere mei Fons Misericordiæ*, & cum Dauid iterum. *Vide Domine Humilitatem meam, & dimitte vniuersa delicta mea*. Peccata perpetraui innumera, & magna, non tamen despero; quia *vbi abundauerunt delicta, superabundauit & gratia*. Miserere Domine, ne desperem, sed te sperando respirem: & si ego commisi vnde me damnare potes, tu non amisisti, vnde saluare soles. Quid enim est Iesus, nisi Saluator?

LXX.



HÆreo profectò, an ſenſa promam circa Emblema. Haud videntur ſcribenti abſona. Immutent, deleantque prò vt opus Patres. Raptus eſt Paulus ad tertium Cœlum: & vidit arcana, quæ

licet Homini loqui. Duo me iubent ſtupêre. Cur Apoſtolo viſa loqui non liceat, nequè tamen ſilere iuſſus (ſi rectè memoro). Curuè tertium tranſcendere Cœlum non potuit? Renuit calamus progredi, eaque proferre, quæ nullibi exarata, nuſquam prolata cognouit. Vidit Paulus ignota penitus oculis non tantùm, ſed phantaſiæ, & intellectui: quâ igitur ratione, ignota per ignotiora poterat declarare? Quibus vocibus? Viſa quippe carebant nomine, quamuis explicare placuiſſet; neque ſufficiebant præſigni argumento nutus. At cur tertium tantùm attigit Cœlum? An quia hic tertium, ſupremum ex Scripturæ, & Patrum more ſignificat? An quia paulum prima Dei tentoria diſtabant; neque rationi par erat, Animam dubiam adhuc an hæreret in Corpore, propius ad tabernacula Dei accedere? Sol enim, Cor Cœli, quartum occupat Cœlum, teſtante Propheta. *In Sole poſuit Tabernaculum Suum*. Meritò igitur ſiſtitur Paulus iuxta Dei Tabernaculum, donec corpore ſolutus ſectâ fœliciter propter Chriſtum ceruice, daretur æternâ fœlicitate ipſum inter Cœlicolas contemplari.

Aut

LXXI.



SVnt qui acriùs arguant, pium certè, & laudandum vſum quorundam, qui ſe flagris impetunt, Deo vt placeant. Improbantium eſt argumentum, quoniam nuſquam apparet Chriſtum Dominum,

cuius

vestigia indigni nos discipuli sequimur, se ipsũ verberasse; iccirco neque Christicolę licere seipsum pertundere: tùm quia Naturâ docemur declinare, nocitura; multo magis damna nobis infligere: ex quo etiam lege cautum ne quis se ipsum excęcet, euiret, enecet. Tertiò quoniam à Deo iubemur cum proximo, veluti nobiscum agere: sed illicitum est proximum verberare; ergo neque se verberare licebit. Primo facilis responsio, Christi Carnem impeccabilem non nisi a scelestis fuisse lædendam: elegit nàm ipse mori, & Passionis compendio tormenta subire: qua propter corpori suo tam acriter à peruersis flagellando pepercit. Ad secundum, finis valde diuersus est, nam duplex est bonum, & malum: apparens, & reale: damnum igitur quod per vltronea flagella carni nostræ infligitur, bonum est reale, licet apparens malum: nàm dicebat Apostolus, *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*. Non tamen vltra vires, frangendum est: nàm moderatio virtutum amussis. Tertiò eodem satisfacimus responso: attendi finem: nàm qui proximũ verberat, facit iniuriæ causa, aut Supplicij, quod veræ implicat Charitati Christi, cui non auersatur sui correptio. Sic Dauid, non solum Diuinæ correctioni acquiescebat, dicens, *Ecce in flagella paratus sum*, sed ipsum se cedebat flagris, eò asserente; Et flagellatio mea in matutinis.

Ne

LXXII.


Ne proijcias Me.



ABraham ſic locutus ad Deum. Gen. 18. ſic Dauid Pſal. 50. Nullus fortè impenſiùs amauit Dominum, quàm Abraham; vnigenitum qui lubens obtulit filium: Cinerem ſe tamen co-

ram ipſo profitetur, & Puluerem; augente Amorem Humilitate: nàm *quò ſe magis iuſti deijciunt; eò altiùs Diuina Charitate inflammantur*. Meruit Abraham trium Angelorum hoſpitio decorari: ſe tamen puluerem, & cinerem vocat. Sic Petrus, ampliſſimis à Chriſto muneribus ditatus; diuina ſuſpiciens munera, nihil tamen de ſe ipſo præſumens, clamabat, *Exi à me Domine, quoniam homo peccator ſum*. Peccatorem ſe quoque profeſſus eſt Dauid. *Tibi ſoli peccaui*; & *peccatum meum contra me eſt ſemper*: audet tamen Diuinam implorare miſerationem, exorans, nè à facie Bonitatis ſuæ proijceret Cinerem, ac puluerem Cordis pœnitentis animitùs. Horum Charitatem, & Humilitatem imitemur, vt cum ipſis tandem Beatis collætari, ex æternâ mereamur clemenntiâ: nam *in igne probatur aurum, iuſti verò in Humilitatis fornace*. Eccl. 2.

LXXIII.



QVis poteſt facere Mundum de Immundo? nonne tu, qui ſolus es? Iob. 14. Cor criminibus ſordidum, ſic cum Patiente clamat ad Deum: nouit enim ſe de immunditia proceſſiſſe; & fuiſe in ini-

quitatibus conceptum: ex quo immunda ſæpè (quod ait Gregor.) in mente patitur, quamuis ex iudicio reluctetur: quia conceptus de immunditia, dum ad munditiam tendit, hoc conatur vincere, quod eſt. Si quis igitur tentationum inſultus, ac immundæ cogitationis vires euicerit, non ſibi triumphum canat, quia nullus facere mundum poteſt, conceptum de immundo ſemine, niſi is qui mundus, per ſemetipſum ſolus eſt. Qui ergo iam munditiei viam capeſcit, aut faſtigium tenet, conceptionis ſuæ memor, cognoſcat ex munerum largitore Deo, non ex ſua Virtute, viuendi puritatem, ex ſubſiſtendi fœditate retuliſſe: morumq; candorem, à carnis imparitate illibatum cuſtodiat.

* * *

Celſi

LXXIV.

Celſi Præludia Operis.



MARIÆ ſponſus IOSEPH ille Sanctiſſimus, *Domini ſui Cuſtos*, ſanctificatus ab vtero, cui genis, genibus, plantis Ieſu licuit oſcula figere, quamquam Regia de ſtirpe, fabrili tamen ope-

ri

ri sese applicuit, Ocium vt vitaret; vtque Virginem, Puerum Deum, sequ aleret. Sæpè Is IESVM vidit adolescentulum, Cruces componere, & appositis transuersim asseribus, quasi lectulo, pansis brachijs incumbentem, sic suæ mortis dum sibi ingereret, cœnoquè Mundo specimen, & veluti acerbissima futuræ Passionis Præludia. Hærebat, sin horrebat Deipara, respiciens Virum, suspiciens Natum: iamque COR altum, Virtutum omnium Ærarium, doloris Gladio traijciebatur. Amor hinc adfulgebat Æterni Patris, qui Vnigenitum Filium dederat (sic diligebat ingratum Mundum!) affigendum Cruci. Illinc Nati pœnas, veluti presentes contemplabatur. O feræ
Hominum Corda; rigetis adhuc? En vobis
Puer Princeps Pacis, Magni Consilij
Angelus, Dei tandem Agnus pro
vobis Crucis Aram vltrò
conscendens. Moræ,
en, impatiens,
Infans pre-
libat,
quas pro peccatis nostris subire
penas, Amore suadente con-
stituit; Solus Amor,
Amoris merces
sit æqua,
* * *

Sal-

LXXV
Saluatorem Suspiro.



Tubâ mirum ſparget ſonum
Per ſepulchra Regionum,
Coget omnes ante Thronum.

EXhorreſcat, quod olim tàm frequens,tàm grauiter in Deum peccauit Humanum genus,

Iudicis

Iudicis adpropinquantis Imperium: Pulsare denuò incipient ad Vitam CORDA, simulque palpitabunt ad metum. O dies horrenda! Caligant oculi, artus fatiscunt, stylus excidit meditanti. O dies! Presens est Deo, cui Æternitas est pro Tempore. Contremiscit Cor horrens, & orans à Christo veniam implorat: *Quem* enim *Sustinere Iudicem nequit, Saluatorem habere suspirat*. Est adhuc etiam Miserationi, tunc vni erit Iustitiæ locus. Misero (eheu) demersi veternô, excite tandem mortales. Mors imminet singulis; Iudicium subite penitentes ex CORDE, COR enim sæuum sibi Iudicium astruit, nisi in se TOTO conuertatur ad Dominum.

Non

LXXVI.

Non vltra id quod poſſum.



CRux omnibus piè viuentibus data eſt: ſiue nobis Deus ad vtilitatem noſtram imponat; ſeu nos deligamus, ſuſcipientes. vt ipſum, Crucem omnium grauiſſimam geſtantem ſtrenuè, &

præeuntem ſequamur, & ad propriam gloriam per tribulationes ingentes introeuntem. Eſt autem Crux ferenda viriliter, & cum gaudio; in Cruce enim eſt Conſolatio, nam per ipſam probat nos Dominus. *Deus autem fidelis eſt* (inquit Apoſtolus); *neque permittit nos tentari vltra id, quod poſſumus*: alacri ergo animo ſubeunda Crux nobis, noſtri vt Seruatoris ſancta colligentes veſtigia, eidem poſſimus in Cœlis, beatificâ læti viſione, perenni felicitate adſidere. Iugum Chriſti Crux eſt, lex nimirum ipſius ſuauis, non vt lex Moſayca; cuius onus importabile vocat Petrus Apoſt. Act. 15. & Saluator Matth. 23. *Phariſæicarum traditionum onus importabile* aſſerit. Leuitas autem, & commoditas Euangelicæ legis, in Fide & Dilectione conſiſtit. Æqua, quoniam rationi, & Naturæ conſentanea: Commoda, quoniam in nobis eſt adimplere. Iugum igitur Chriſti ſuaue eſt: ad quod ſuſcipiendum nos vocat Dominus, *vt inueniamus requiem à laboribus noſtris*. *Collum ſubijciamus* ergo lubentes *iugo, & ſuſcipiet anima noſtra diſciplinam, in proximo enim eſt inuenire eam*: vt Ecleſiaſt. 51.

Id

LXXVII.

Id Amor potuit mutuus.



CAptum excedit Mentis, quod de CATHERINA Diua Senensi, fideli recensetur Historia quòd, *Aliquando Christus cum Sanctissima Matre, aliisque Sanctis, Illi apparens, sibi eam, Diuinâ*

quadam ratione desponsauit : illud pariter, quod *mutauerunt inter se CORDA*, *Christus*, & *Catherina Senensis* ; vt cum Paulo ipsi liceret exclamare, *Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus*, & cum Sponso Canticorum potuerit Dominus sponsæ sic fari, Abstulisti Cor nostrum, soror mea sponsa, iuxta septuaginta. Sponsa vero respondere, Cordificasti me, sic explicante Nazianzeno verbum Vulnerasti. De Diuâ Hac Virgine olim, tenui planè, & humili auenâ sequentem pangebam Hymnum Apodon.

Salue Senarum Gloria,
Quas super Astra prouehis;
Virgo salue lectissima,
Flos, Gemma, Sol Italiæ.

Rosam Te Pudor efficit,
Puritas Lilium niuea.
Adamantem, Constantia,
Pyropum Amor flammeus.

Illustras Orbem radijs,
Ordinis Iubar nitidum;
Fugas errorum tenebras
Cælesti diflua Lumine.

Puellæ

Puellæ (ò mirum!) paruulæ
Immensa patuit TRINITAS
Fragili vt clausa Corpore
Empirei sinum cerneres.

Prudentum norma Virginum,
SPONSVM *quæsisti feruida,*
Ad altum Cæli thalamum.
Alis elata Spiritus.

Flagris, ieiunio, precibus
Fregisti Carnis impetum,
Hostemquè Inferni pessimum
CRVCE *calcasti domitum.*

Stipe nàm carens, Pauperem
Vt vestias, te spolias:
CRVCEMQVE *das argenteam,*
Gemmeam quam Christus referet.

Datâ Qui SPONSI *dexterâ*
(Id AMOR POTVIT MVTVVS*)*
Mutatis sinu CORDIBVS
Celsis te euexit Nuptijs.

Quem deperisti enixiùs
IESVM, *iam tenes arctius:*
Et imis clausa Laribus,
REGIS *hæres amplexibus.*

Chri-

CHRISTO iamque persimilem
Quina TE ostendunt vulnera;
O cara, ò felix vnio,
Christi, & Amantis Animæ!

Valete ò Mundi Gaudia,
Cœnum, quisquiliæ, cineres:
En noua Amoris munera,
Amans AMANTEM exprimit.

Gloria sit Altissimo,
Senis qui dedit Virginem,
De Sanctitatis apice
Obstupescendam seculis.

Pul-

LXXVIII.

Puluis ad Puluerem.



MVtuo feruent Amoris igne Corda iſthæc vitrea, pollinem Maris inter ſe ſe reciprocantia; inania ſcilicet deſideria, inquieto ſemper æſtu commota. Neſcit quietem vulgaris Amor: vult,

CHRISTO iamque persimilem
Quina TE ostendunt vulnera ;
O cara , ò felix vnio ,
Christi , & Amantis Animæ !

Valete ò Mundi Gaudia ,
Cœnum , quisquiliæ , cineres :
En noua Amoris munera ,
Amans AMANTEM exprimit .

Gloria sit Altissimo ,
Senis qui dedit Virginem ,
De Sanctitatis apice
Obstupescendam seculis .

Pul-

LXXVIII.



MVtuo feruent Amoris igne Corda iſthæc vitrea, pollinem Maris inter ſe ſe reciprocantia; inania ſcilicet deſideria, inquieto ſemper æſtu commota. Neſcit quietem vulgaris Amor:

vult,

quadam ratione desponsauit : illud pariter, quod *mutauerunt inter se CORDA*, *Christus*, & *Catherina Senensis* ; vt cum Paulo ipsi liceret exclamare, *Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus*, & cum Sponso Canticorum potuerit Dominus sponsæ sic fari, Abstulisti Cor nostrum, soror mea sponsa, iuxta septuaginta. Sponsa vero respondere, Cordificasti me, sic explicante Nazianzeno verbum Vulnerasti. De Diuâ Hac Virgine olim, tenui planè, & humili auenâ sequentem pangebam Hymnum Apodon.

SAlue Senarum Gloria,
Quas super Astra prouehis;
Virgo salue lectissima,
Flos, Gemma, Sol Italiæ.

Rosam Te Pudor efficit,
Puritas Lilium niuea.
Adamantem, Constantia,
Pyropum Amor flammeus.

Illustras Orbem radijs,
Ordinis Iubar nitidum;
Fugas errorum tenebras
Cælesti diflua Lumine.

Puellæ

Puellæ (ò mirum!) paruulæ
Immensa patuit TRINITAS
Fragili vt clausa Corpore
Empirei sinum cerneres.

Prudentum norma Virginum,
SPONSVM *quæsisti feruida,*
Ad altum Cæli thalamum.
Alis elata Spiritus.

Flagris, ieiunio, precibus
Fregisti Carnis impetum,
Hostemquè Inferni pessimum
CRVCE *calcasti domitum.*

Stipe nàm carens, Pauperem
Vt vestias, te spolias:
CRVCEMQVE *das argenteam,*
Gemmeam quam Christus referet.

Datâ Qui SPONSI *dexterâ*
(*Id* AMOR POTVIT MVTVVS)
Mutatis sinu CORDIBVS
Celsis te euexit Nuptijs.

Quem deperisti enixiùs
IESVM, *iam tenes arctius:*
Et imis clausa Laribus,
REGIS *hæres amplexibus.*

Chri-

LXXVIII.

Puluis ad Puluerem.



MVtuo feruent Amoris igne Corda iſthæc vitrea, pollinem Maris inter ſe ſe reciprocantia; inania ſcilicet deſideria, inquieto ſemper æſtu commota. Neſcit quietem vulgaris Amor: vult,

vult, non vult, mœret, timet, suspicatur, concupiscit, semper impatiens; at inter flores fluxæ formæ dum fœlicitatem venatur, latentem offendit anguem doloris: vires adeò frangentis, vt per vigilias sæpè, & inediam, tabem non rarò incogitantes incurrant, vtriusque sexus Amantes: quorum munus, PVLVEREM transmittere AD PVLVEREM, insano dum furore perciti exanimantur. Diuus Amor, lumine, & claritate coruscus, quò ardentior, eò suauior, si quæ torrere gestiat Corda, simul illustrat, & expiat, vt ad sublimia Cœlorum culmina, recto deferantur volatu.

***

LXXIX.



INter Boccacij Fabulas, (quarum nonnullæ licentiore impietate ſcatent, quam vel Ethnici declinaſſent) lepida, & quales omnes optari poſſent, ea eſt, quæ de Salernitati Principis Filia.

Hanc tamen non fabulosam ex Beroaldo lib. Epigrammatum inuenio, quam doctiss. & ingeniosiss. Concionator P. Marcellinus de Pise ex Capuc. Ordine refert Homilia sexta, de instit. Euchar. Cœpit Hanc nobilis Aulicus deperire, nec ipsa casta renuebat obsequia, vt ambo breui reciproco æstuarent moris igne. Colloquia alebant flammam: donec coniugium patrarent clanculum. Resciuit Parens Virginis, ægrèque tulit fortunæ impiarem, tàm alto vri incendio, conductoque percussore interempti ab eo iuuenis Cor, xenium filiæ misit. Disco id purpurascebat argenteo, & tantùm non palpitabat, cum Virgini oblatum est. Auersata hæc Lycaonium ferculum, Cordis loquacis vota percepit, statimque sequi præeuntem constituit. Efusissimo ergo lachrymarum nimbo rigans amantis Cor, cohibitis spiritibus, Patri fortè audienti exprobans feritatem, ruens in amplexus Cordis, plurimis ei infixis osculis, Cor en tibi tuum, meo CORDE, AMANS REPENDO: & animo linquens, expirauit. Vides Lector insani Amoris impotentiam, & Praxi Emblema præcedens comprobatum.

***

Sic

LXXX.



OCulatum Cor? maximè. Habemus ex Ægid. Card. ſuper Epiſt. ad Rom. cap. 11. *Humani CORDIS Oculos*, dupliciter Fidei Lumine illuſtrari. Oculatum igitur Cor eſt. At Lyncæus ſit ob-

tutus, ſint Argi lumina ſeriò Philoſophantium, circa ea, quæ ſunt infra Cœlos: ſedulâ opus eſt, & peruigili in Naturalibus indagine. Verùm in ſublimioribus, in obſequium Chriſti captiuandus eſt Intellectus; non enim ſcientes rem per cauſam procedimus, aut opinantes, ſed per *FIDEM*, vt *Acriùs intueamur*, clauſis omninò corporeis oculis; nàm *ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium, non per oculum, ſed ex auditu percipitur* (vt Apoſtolus) *auditus autem per Chriſti Verbum*: accedentem quippe ad Deum credere oportet: eſt enim *Fides, quaſi Lucerna lucens in caliginoſo loco*. Caligat namque Intellectus, niſi eum Fides illuſtret; nil etenim ipſe prodeſt, niſi intelligendo quæ credimus; & Fides proficit ad credendum, quæ intelligit; vires addens ſupra Naturam, vt ea credantur, quæ captum ſuperant: *proprietas eſt enim Dei* (vt D. Zeno) *ea operari, quæ credi non poſſunt.*

Et

LXXXI.

Et super Niuem.



SOrdet pustulis, & leprâ Peccati. Cor miserum: nulla ipsi quies, aut sanitas: salus enim est Deus, quies nostra. Cœpit Hyssopô Pœnitentiæ, & Humilitatis curari: Diuinâ abstergente sorditiem

sorditiem dexterâ: incæpitque simul SVPER NIVEM albere. Ea etenim contriti per pœnitudinem, & sui contemptum Cordis fœlicitas est, vt sanentur vlcera eius pessima, & athleticæ valetudini, per Virtutum,linimenta & lachrymarum lauacrum restituatur. Sic lachrymis, Dauid adulterij, & Homicidij crimen abluit: & qui meruerat pœnarum Barathrum, Deo per pænitentiam placato, *meruit promissionem Hæredis, & Vitam cum Regno prolatam.* Cor mundum facit lachrymarum effusio. Calidæ si emanent, amaræ, cinereæ. *Calidas deuotio facit, amaras contritio, cinereas memoria Mortis. O Pœnitentia, quæ Deo miserante peccata remittis, & Paradisum reseras: quæ contritum sanas, tristem exhilaras, vitam de interitu reuocas, gratiamque abundantiorem refundis.* Per contriti Cordis igitur sacrificium, Deo per pœnitentiæ dolorem satisfaciamus, perq; humilitatis gemitum, cooperantibus Eleemosynis, & ieiunio, vt commutatis simul in melius moribus,pollutam culpis conscientiam *Super niuem dealbemus.*

Præ-

LXXXII.

Pretiosius Nihil.



INgens olim visa est Romanis medió foró hyans vorago: monstrosum os minabatur, breui hausurum se Vrbem. Consuluit superstitiosa de more Cohors oraculum. Respondit; prætiosiora si inij-

cerent,

cerent, coaliturum hyatum. Armillis protinùs, vnionibus, nummis, terræ fauces exſaturare conati ſunt: fruſtra. Præſtantiora expeti, Oraculum geminauit; interea ſæuiebant flammæ erumpentes, dehiſcebatque ampliùs terra. Gemmas, & aurum, infra Hominem eſſe, Curtius coniectans; ſolus litare flammis conſtituit, ſuoque capite Patriam à periculo vindicare. Inſilijt hiulco barathro, ſtatimque concluſa eſt vorago. Cor noſtrum patente hiat ore (Oris Cordis deſiderium ſcitè Auguſtinus dixit) Appetit, ſitit; nunquam dicit ſufficit. Expleri nullo poteſt alluuio. Voluptates ingere, dignitates immitte, theſauros infunde, eſurit adhuc. IESVS, verè Homo Deuſque, Prætioſiſſimus rerum omnium, Cordis Bulimum, & Hidropem ſedat. Si inſideat hic Cordi, occluditur illico, nil enim inexplebili deſiderio offerri poteſt, ipſo Deo præclarius.

Super-

LXXXIII.

Superflua Detrahit.



PRotheus eſt Diuus Amor : in quaslibet ſe ſe aptat imagines, viliora etiam miniſteria pertentans, grande ſi Redemptionis opus reſpiciant. *Pauperes ſpiritu, Beatos eſſe* perdocuit : Cor itaquè

in ſuperflua excreſcens, in deſideria nempe inania protuberans, preſegminibus expiat, opportunis Prouidentiæ dolabris; vt expolitum, auro cœleſtis Amoris, Diuino læuigante ſpiritu bracteari, gemmiſquè Virtutum exornari mereatur; vt Diuinitatis Tabernaculum, per Charitatis, & Humilitatis illuſtrationem effectum, Sancti Spiritus muneribus repleatur.

**
*

Febris

LXXXIV.

Febris nostra, Luxuriæ est.




FEbris, est Calor extraneus, in Corde accensus. Extraneus est & Luxuriæ Calor, quidquid enim à Deo alienum, extraneum est Cordi. Ignem dixêre Græci Febrem. Ignis quoque Luxuria est,

Corpus, Animumquè exedens, ac mortali absumens incendio. Nil prætermittit Diabolus, quod Hominem miserum aut debilitet, aut perdat. Ira Inflammat viscera, feruorquè dicitur sanguinis circa Cor; at nil alit impensiùs Iram, quàm Luxuries. Medæam, ac Cyrcem, Luxuria fecit: eadem Atreos, Thyestes: immoderata nàm Carnis petulantia, plurimum potest. Fœdum, hæc, animi incendium est; *Virtus quo absumitur, ratio perit, gloria vertitur in infamiam, & animi, Corporisque expugnatur robur.* Hæc senes alioqui verendos, ac conspicabiles, in vulgi ludibrium traduxit, quoniam nec albenti scit canitie erubescere; intimis enim semel concepta visceribus, in sæuiorem (ni Cœlum faueat) semper exardet luem, quæ non nisi multis debellari possit Antidotis: ad extinguendam namque Fornicationem, Virtus vna (ni suprema de Cœlo adfulgeat) non sufficit; vt D. Gregorius. Lues (inquam) tam sæua, vt infernas compleat sedes: nàm *Propter hoc Vitium* (D. Remigio teste) *demptis paruulis, paucis saluantur.* Synochus putris est, quæ totius sanguinis massam corrumpit, nec semel migrat in Hæcticam imo mali moris, idest proditoriam; quæ vires repentè prosternit, spiritus inquinat, facultates corrumpit, & intima Cordis occupat; *Cætera namque Crimina* (ait Apostolus) *extra hominem sunt; Fornicatio, intra.*

Vni-

LXXXV.

Vniuersi Dominum.



COr extra Mundi orbitam libratum, Almo Iesu Nomine radiante insculptum, cuius ex sinubus, videtur expansis in altum brachijs Animula erumpere, Sacrosantum Christi Corpus

Panis

Panis accidentibus ſubſtans in Athlantis ſpeciem ſuſtinens, ingens notat geſtationis priuilegium, quo Dominicum Corpus, dignè aſſumentes Fideles gaudent, vt reapſe eminenter non tantùm Creaturæ decora, ſed maius quoddam Vniuerſo toto contineant: Chriſtum nimirum Creatorem, Saluatorem, Iudicem; in quem deſiderant Angeli

proſpicere, & quem ſitientes diu Prophæte,
pluribus ſeculis à Patre poſtularunt in-
caſſum. Amore tandem Homini
Deum conciliante, vela-
tum modò ſuſcipimus,
quem faxit ipſe
qui eſt vt
reue-
lata tandem facie,
perpetuò con-
temple-
mur.

∴

Velle

LXXXVI.



Liberum adeò dedit Homini Arbitrium Deus, vt nullo poſſit ſubigi imperio. Adeò tamen neceſſaria eſt Gratia ad ſalutem, vt *nil ſit ſibi ipſi Homo, niſi dux in præceps*. Noſtrum quidem Velle

eſt,

est, Voluntas tamen ipsa admonetur, vt surgat; & sanatur vt valeat; & dilatatur vt capiat, & impletur vt habeat. Sic Dei est, de pessimis bonos facere, castos de luxuriosis, humiles de superbis: de sectatoribus seculi, amicos Dei, & de substantia pulueris, in Angeli statum prouehere; vt Euseb. Niss. hom. 2. de Epiph. Frustra ergo nos adnitimur, nisi gratia Dei adstet propitia: non enim quispiam (vt Io. Clim.) Naturam suam vincet, nisi qui supra Naturam est auxilietur; ex quo ipsum aduenisse cognoscitur: Gratia enim sic nobilitat Hominem, vt Christo inseruiens, vnum cum eo efficiat: Gran. vnde Paulus, *Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus.*

***

Cæ-

LXXXVII.




EXprobrat Humano Generi admirandus hic Flos, ingrati prorſus animi vitium. Flos, quem diuus efinxit Amor, Vitæ qui Mortem, mortiſque ei Vitam incluſit. Serta en ſpinea, clauos,

ſpongiam, columnam, diuino planè expreſſa ingenio: quibus adnectere placuit, folijs expreſſum lanceæ mucronem; fructibuſque Chriſti Ieſu Cor amantiſſimum, ſcatens purpureis ſeminibus, vt dilectionis ardorem, ſimulque Paſſionis vtilitatem, in ſeculis propagandam manifeſtaret. Delitijs florum ecce lector impreſſum dolorum Redemptoris noſtri memoriam, noſtræque ſalutis exordia. Quæ cordi noſtro ita adpingantur, imo inſculpantur, vt dignum Paſſionis dominicæ conditorium effici mereatur.

Vno

LXXXVIII.

Vno ictu mille.



COR Deiparæ, doloris gladio transuerberatum contemplare, qui diuino ferues Amore. Si Iesum diligis, & Matrem amas, Gratiarum veluti Arbitram. Dulcissimum Natum, Virgi-

nali quem induerat ſanguine, Templo obtulit, vt moris erat: ex humilitate, non ex neceſſitate. Prædixit Simeon Virgini TVAM IPSIVS ANIMAM PERTRANSIBIT GLADIVS. Senis Verbum, verè GLADIVS Mariæ fuit: transfixit Sanctæ Matris Virginea viſcera, & VNO ICTV, mille vulnera infixit. Entheatum pectus Conſtantiâ præpotens, par cui nulla, collecto ſpiritu, ſe in dominicæ paſſionis comparauit anguſtias, in qua magis doluit; quàm ſi propria extitiſſet: dederat quæ Carnea Chriſto membra, in ſingulis paſſa eſt, tanquam in proprijs tormenta. Dei agnoſcebat filium, proinde ægriùs patientem ferebat. O Virgo dulciſſima, quos in partu dolores effugiſti, in Filij geminaſti Paſſione, vt pluſquam Martyr efficereris. Reſtitit dolori Virtus eximia, alioquin exanimaſſet: ſummoperè in filij Paſſione paſſa, quoniam ſummopere dilexiſti. Animam igitur pertranſiuit gladius, non corpus: nobiliori parti infixis vulneribus. Tu nobis ſis fortitudo in fragilibus, & contra Mundi pericula firmamentum, vt ſuperatis Hoſtibus, tentationibus deuictis, legitimi certaminis mereamur Coronam.

***

Deſo-

LXXXIX.

Deſolatio.




VEra bona Hominis, in Homine, imò in Hominis Corde ſunt. Hinc ſcitè dictum, Omnia Mea Mecum. Arcem en Cordis Archipyrata Inferni adoritur, obſidet, expugnat, populatur.

Vera

Vera iſte bona diripit. Ecce (Lector) Animæ interimenta, & DESOLATIO ad internecionem: ea, de quà Propheta, cum prælugeret Patriæ exitium. Nec ſpolia gratis aſportat Diabolus; pro Fide, Impietatem; pro Charitate, Odium; pro ſpe, Deſperationem; Iracundiam pro Patientia; pro Humilitate Superbiam, miſerrimæ Arci immittit: vt ſi quando velit Cor ad ſe ipſum redire, Præſidiarij inſint hoſtes, qui redeuntibus ſe ſe Virtutibus opponant. Dificillimum ita opus Spiritui obijcitur: adſpirante tamen Gratia Dei, & adnitente Hominis Voluntate poſſibile: vt fugatis ſic hoſtibus, poſſit denuo Sancti Spiritus muneribus illuſtrari.

Nulla

XC.




ERectum Cor in vola radiantis manus, Animam in voluntate Dei quiescentem ostendit. Sensus Tactus in Carne est per cutis medium, & prefertim in manu, quæ summis digitis adeò est temperata,

perata, vt rite de mollibus, asperis, & similibus iudicet. Sic Sensus rebellis, per sensum istum contumacior efficitur, nisi Virtus obsistat. Quicunque igitur Carnis flagrat ardoribus, Cor suum, voluntatem nimirum in Dei manu reponat. Ibi enim NVLLA CARNIS VOLVPTAS; vt habemus ex Vidua admiranda Brigitta Reuel. lib. 1. idque potissimum studeant, quibus iam senij beneficio deferbuit sangnis inter ea siquidem quę summopere Deo displicent (Sapienti si credimus) Senex est Luxuriæ obnoxius; ad eius namque exemplum Iuniores titubant, & labuntur.

Illu-

XCI.

Illuminet.



SPIRITVS SANCTI gratia Illuminet Sensus, & Corda Nostra. Sensus rebelles sic affatur Auctoris Ode Apodos.

SEnsus huc vsque deuij
Sensus procaces, perfidi,
Tiranna Carnis Famuli,
Perduelles in Spiritum.

Organa Vos eximia,
Diuini labor genij,
Posset vt per vos Anima,
Creatorem agnoscere.

Vos tamen Sensus absoni,
Carnis lictores pessimæ,
Regem aduersus Optimum
Mancipia dira insurgitis.

Sensus, ò Sensus deuij,
Auriga sedet Ratio,
Morem regenti gerite,
Celsumque Numen noscite.

Sentes habet, & salebras,
Virtutis trames arduus;
Ad flores tamen Gloriæ,
Perseuerantes prouehit.

Vanæ non Orbis Gloriæ,
Quæ fumus fimus funera;
Sed ad Cælorum gaudia,
Perpes vbi Iucunditas.

O Visus tu qui sapiùs
Formam cadentem suspicis;
Et fædam Vrnam cineris
Deambulantem deperis.

Rosis qui genas æmulas,
Et dentes vnionibus,
Iam libitinæ proximus,
Inter deliria repetis.

Pectus,

Pectus, qui lacti comparas,
Breui aditurum tumulum,
Manus, qui niui aquiparas
Osse constructas arido.

Olfactus delicatior,
Suffitu Moscum proijcis:
Inter Sepulchri stercora,
Grauis olebis Vermibus.

Eia Sepulchrum aperi,
Te iunge cadaueribus;
Cras eris ipsis similis,
Hodie ni Mors insiliat.

Valete (dices) Cynnama,
Thura, styraces, Balsama,
Sique meliorem lachrimam,
Felix plorat Arabia.

Aures, vos aures patula,
Obscenis sapè cantibus,
Rogo eiurate modulos
Lasciuientis seculi.

Voluptas subit viscera,
Altoque vrit incendio;
Sopitum ignem suscitat
Titillans Carnem cantio.

Gentium tu falx Ingluuies,
Vberior esca vermibus,
Vilis Animi sarcina,
Pondus fœdum Sarcophagi.

Natura prudens refugit
Hiantis Gulæ Bulimum:
Vndâ, buccellâ, & olere
Satis aluntur Corpora.

Animæ dapes instruit ,
Sacrosanctum Ieiunium ;
Solusque PANIS , Homini
Interno alendo sufficit .

PANIS (si species accidens)
CARO cui subsistat integra
Veri DEI Vnigeniti ,
Animaque cum Sanguine .

O felix ter Conuiuium ,
DEVS , vbi esca fidelibus ,
Cibum , & Potum suggerit
Ad Salutem , & Gloriam .

Tactus , tu Sensus infime ,
Dos Brutorum præcipua ,
Facesse iam ab Homine ,
Aut Rationi inseruias .

Nudam palpa Caluariam ,
Et vana cordis Claustra ;
Contere spinam digitis ,
Aridis nexam vertebris .

Valete tactus organa :
Iam epidermis soluitur ,
Mortis per vos memoria
Cæteris redeat sensibus .

Sensus , ò Sensus deuij ,
CREATOREM agnoscite ,
Auriga sedet ratio ,
Blandum perferte Imperium .

Tunc

XCII.



OVium cuſtodem Dauid, ex caula ad Aulam, imò ad Solium Deus euexerat : iam à Puero dederat Gygantes proſternere : Diuitijs, Dignitatibus, Boniſque ſtipauerat affluentibus : vniuerſo


uerſo tandem (inimicis ad internecionem deui-ctis) præfecerat Iſrael; ſubditi vt innumeri, numerari non poſſent. Nauſeabat tamen Rex prudens ſuper mortalium bonorum cibo leuiſſimo; & anxio adhuc animo Pax non erat: quoniam nihil eſt Mundo, in quo vere Hominis Cor quieſcat. Quinquagenarius qui ſcribo à Peripato, Lycæo, Stoa ſponte transfuga (proh benè factum) ad Ludimagiſtram reuertor, vt Elementa veræ Perfectionis addiſcam. Diua illa Cœleſti penitùs exardeſcens Amore Thereſia me arctiùs admonet, indicans nil infra Cœlum amari meritum; fluxa mundi bona putreſcere; Cor Hominis vacuum, haud poſſe imaginibus, & vanitate repleri; ſolius Dei gaudere preſentiâ, & gloriâ, quæ cum apparuerit, vberrimo beata hauſtu exſaturabitur Anima.

***

Viri-

XCIII.

Viriliter Age.




MArtyrum trophæa cernis lector. Laurentij Cratem; Arcum Sebaſti, cœtera tu perturre, Virorum, quodque magis mirandum, delicatiorum Virginum perhorrenda tormenta. Præ-

ſtan-

ſtantiſſima hæc eſt FIDEI prerogatiua, *vt corpore* in Animæ ſeruitutem ſubacto; membriſque in obſequium Chriſti mancipatis, iam contemnantur Tyranni, imminenſque ſpiculator oblectet. *Viriliter age, & confortetur COR tuum, & ſuſtine Dominum*, hortabatur Dauid: in tribulationibus enim, & angoribus, preſens eſt Numen; in quo certior eſt habenda fiducia, quando pro bono opere, aduerſa patimur, vt plena merces (quod ait Gregor.) in æterna retributione ſeruetur: nàm *Caro mollibus, Anima duris nutritur*, illam blanda fouent, hanc aſpera; illa delectationibus, hæc amaritudine paſcitur: & ſicut Carnem dura ſauciant; ita ſpiritum mollia necant. Sic D. Gregor. Moral. 10. cap. 24. In Fide igitur viriliter egerunt Martyres: *non ad Martyrium idoneus eſſe non poteſt, qui ab Eccleſia Domini, corpore, & ſanguine non armatur ad prælium*. Cypr. in ſerm. de Orat. Dom. ſpes ergo, tuta Animæ Anchora, in mera Chriſti Charitate, fiduciam parit, cum Patientiâ; vt animus in probatione non fluctuet, non deſperet, ſed reſiſtat, vt coronetur.

Mune-

XCIV.




SOlent aliquandò Nubes ita diſponi, & è Solis regione locari, vt tàm viua eius imago in earum ſinu reddatur, vt ægrè à vero Sole nubibus impreſſus dignoſci queat. Hoc eodem ſymbo-

lo vſus olim Eruditiſs. Melchior Zoppius Ac. Bonon. ijſdem plane Verbis adſcriptis, MVNERIS HOC ſvi. Nubecula eſt Anima, per Cordis expreſſa imaginem. Intuenti benigniùs IESV, patet humillima; cuius adeò lętatur lumine, vt diuino imbuta ſplendore, Amantis Dei lumen, & Imaginem referat. Crucifixi Domini Parelion, Franciſcus fuit, radios vulnerum ex intuitu retulit felix, vt de ipſo meritò cecinerit Muſa Pia,

Exue Franciſcum tunicâ, laceroq; cucullo,
Qui Franciſcus erat, iam tibi Chriſtus erit!
Franciſci exuuijs (ſi qua licet) indue Chriſtum,
Iam Franciſcus erit, qui modò Chriſtus erat.
Quod cæleſtis Amor non audet, fingit Amator,
Arte noua effigies, vt ſit Amantis Amans.

MVTVATA ſic LVCE, *Humi* iacens, *Humile* nimirum Cor, Cœleſtis Solis imbuitur lumine, vt radijs ditatus, præfulgeat Aſtris, ſanctitatis imitandum, & celebrandum exemplo; Seraphicæ Religionis, toti Orbi terrarum venerandus Anteſignanus.

Lucta-



MOS fuit Athletarum, vt cum in arenam deſcenderent luctaturi, largiùs ſe Oleo illinirent, vt hoſtilem manum efugerent opportunâ lubricitate agiles. Morti iam inſultanti proximus

[illegible] *vnctione* præmunit, rapaces vt vngues illudat Dæmonum, ſi fortè morti ſuccumbat: non enim ipſi turpe eſt, ſi Victo Diabolo, mortem victricem fateatur, cui ſe Auctor Vitæ, nos vt redimeret, exanimandum ſpontè obtulit, cum in Cruce *Mortem moriendo deſtruxit, & Vitam reſurgendo reparauit*, vt cum ipſo tandem per eius Paſſionem reſurgeremus ad Gloriam.

XCVI.



SAcroſancti Roſarij quanti ſit recitatio, innumera declarant miracula. Vrbium hoc columen eſt admirandum. Experimento comperta ſcribo. Plurimum quoque ad ſalutis æternæ ſpem

facit,

facit, laus hæc Deiparæ gratiſſima; *Roſa* quippe *læto tantùm, & felici prouenit ſolo*. Triplex eſt Corona, Roſarium: Filiæ, Sponſæ & Matri Summi Regis Mariæ quæ competit. *Confratres habent Angelos, & Beatos quicunque in Sacroſancti Roſarij albo deſcripti ſunt, Virginem ſi attenta Pſalterij huius recitatione ſalutant*, vt Beatus Alanus cap. 3. de eius vſu. Neque omittendum, cenſere D. Gregor. Nazianzenum, (vt Caniſius citat) Angelos in Cęlo, ſalutationem Virginis recitare: quod idem prædictus B. Alanus apertè aſſerit. Amplectamur ergo, ſummâ veneratione, & fiduciâ, Sanctiſſimi Roſarij vſum; vt enim in Dominicano Breu. lect. 3. ſec. Noct. Off. ſolemnis S. Roſarij, *Admonuit Virgo, hoc genus orandi promptum, ac facile, etiam ſibi gratiſſimum; ad impetrandam Diuinam Miſericordiam accomodatiſſimum; populis ſalutare; & contra quæuis aduerſa, preſens auxilium*. Spinas tamen non ſeparemus à Roſis, Deiparæ laudibus, Sacroſanctam Diuinæ Paſſionis connectentes memoriam, vt IESVM reſurgentem à mortuis, aſcendentem ad Patrem, Paraclitum deſcendentem, Mariam Aſſumptam, feliciterque æternæ Gloriæ decoratam Coronâ, poſſimus viatores meditari, comprehenſores aſpicere, & perfrui.

Poſ-

XCVII.

Possunt esse simul.



TRiplicem recensuit Amorem Plato ; Diuinum, Humanum, Ferinum : apage tertius esto. Diuino facilè conuenit, & Humano, simul vt concinnè esse possint, & velint : Rex tamen Diuus

Diuus eſt Amor, Humanus cui famulari, ſummi loco honoris ducit: qui enim caligare ſæpè, & collabi ſolet, ſi ſolus; cœleſti iunctus Cupidini, Lynceus fit, & ſemper regiâ incedit viâ. Vterque Cordi geſtit inhabitare: at *lectulus iſte floridus* eſt anguſtus: Regi amplior debetur locus; incubet alter vix non deiectus, & ſummâ cum veneratione Domini ſtipans latus. Vterque Pulchri deſiderio exęſtuat. Pulcherrimum quoddam Anima eſt, in qua Pulchrum generare contendunt. Tunc Humanus Amor, Cœleſtis prope induit Naturam; quod ſi ad voluptates deflectat, in Ferini facilè Amoris vilitatem ruit preceps. Animi Pulchritudo, Virtutum eſt Harmonya, quarum amuſſis, moderatio, & nuſquam excedens concordia. Animæ theſaurus eſt Amor, Hominem à Brutorum ſecernens vulgo. Numinum antiquiſſimum Plato fabulans feriò, vocauit Amorem: Amor, Deus eſt, æternus. Hic eius ſi æſtuet Amore Anima, eſſentiæ Diuinæ ferè comparticipem efficit, & ſapientiæ compendiô, eluſis quæſitæ per ſtudiorum labores cognitionis ambagibus, ad Deum vſque felici attollit volatu: ac ſupra ſe poſitam, ad inexhauſtum Idæalis Pulchritudinis fontem euehit. Seruiat Hic igitur lubens, Regi diuo Cupidini, & puriſſimi Principis famulus deuinctiſſimus, Clemens ferat Imperium.

XCVIII.

Charitatis Victima.



TIreſiam ex Mare percuſſis anguibus in fœminam commigraſſe, mendaces effutiêre Poetæ. TERESIAM ex fœminâ mutatam eminenter in Marem, morum ſeueritas, vitæ auſteri-

tas, Prudentia, Conſtantia indicarunt. Virago Hæc, Virorum quoque, ne dum Virginum, ſacra Anteſignana recolitur. Tireſiam priſci Vates, Vatem mentiuntur: Vatem ex Deo TERESIAM non ſemel, Catholica veneratur Pietas. Illum, ob viſam incogitanter nudam Palladem, captum oculis memorat ex Non. Dyoniſ. cap. 5. Politianus Miſcell. 80. quam Græcus ille Auctor, MISERICORDEM appellat. Hæc, tempore Paſchali, ſumpto Chriſti Corpore, corporeis etiam oculis, radiantem Eius vidit Humanitatem: vt Maieſtatem adeò expauerit, quod niſi protinus lenior adfulſiſſet MISERICORDIA, oculis non tantùm capta, ſed & exanimis corruiſſet. *Tanto Diuini Amoris COR TERESIÆ conflagrauit incendio, vt meritò viderit Angelum ignito iaculo ſibi præcordia tranſuerberantem; & audierit Chriſtum datâ dexterâ dicentem ſibi, deinceps vt vera Sponſa meum zelabis honorem.* Pontificis inſuper Summi Vrbani VIII. ſtilo ſic celebrata.

Diuini Amoris cuſpide, In vulnus icta concidit,


O CHARITATIS VICTIMA, &c.

Attentiùs ſi quis legerit INTERIOREM ARCEM à Tereſia conſcriptam, ad ſalutarem vtique Conuerſionem, intenſiſſimumque ſui Creatoris Amorem manuducetur.

Præter

XCIX.

Præter rerum Ordinem.



ALtiſſimum Diuinæ Trinitatis Myſterium, longè doctiſſimorum Theoſophorum fatigauit ingenia. Quod tamen ne vix quidem attigit ſtudium, Claræ ſatis clarè expreſſit miraculum.

Prętereamus, quod in CORDE B. Claræ de Monte falco, (vt Vancius in eius Vita) graphicè expressa visa fuerint potiora Dominicæ Passionis instrumenta, illud profectò mirandum est, quod in Cysti felleo ipsius tres globuli inuenti fuerint, quorum vnus eodem grauitabat pondere, quo bini; bini quo vnus, omnes simul, quo singuli. Toto quidem genere admirandum opus, & PRAETER RERVM ORDINEM. Qui ad Naturæ amussim id reuocari posse subtiliore conantur indagine, videntur recurrere ad principia, quæ acerrimo mentis acumine in Archisophicis proposuit Albertus Pompeus Comes, penes quem, per exempla ponderum in trutina, & vocis in diapente, & diapason, doctissimè exprimuntur. Alumnam tamen Pietatis Fidem adeamus, quærentes obsequio, quod ingenio assequi non valemus. Satisque credamus, quod Ecclesia canit venerabunda.

Ista Virgo tres lapides
Trinitatis insignia
Sibi inuicem similes &c.

Et paulò supra.

Crucem, Coronam Spineam,
Flagellum cum funiculis,
Spongiam, Clauos, Lanceam,
Columnam nexam vinculis
In Corde fert hæc omnia, &c.

Diri-

C.



THuribuliforme Cor, ad Deum tendentis Orationis ſymbolum eſt; exoptat Anima, vt *Dirigatur Oratio ſicut incenſum in conſpectum Domini:* non enim ſemper directa aſcendit, quoniam

orando

orando deficimus. Sic Zebedei filijs, petentibus dexteram, & ſiniſtram in Regno Chriſti, reſpondit Dominus, *Neſcitis quid petatis*: quodque Apoſt. ait ad Rom. 8. *quid oremus ſicut oportet neſcimus; ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Debet autem Oratio iugis eſſe, & indeficiens: ita Chriſtus apud Lucam 18. *Oportet ſemper orare, & non deficere*. Sit igitur Oratio ad Dei gloriam, Fidei exaltationem, & Animarum ſalutem; tunc enim *ſicut Incenſum* in conſpectu Altiſſimi dirigetur. Sic Barradius in Euang. T. p.l.q.c. 14. Thus (inquit) *Oratio eſt, quæ Thuris inſtar, ex CORDE Charitate incenſo in Cœlum aſcendens, gratum Deo odorem præbet*. Tota ergo die (ſubdit) ſi fieri poteſt *COR* noſtrum *Thus* offerat; ſitque perpetuum coram Eo *Thuribulum*; iuxta illud Greg. Cant. 3.

Sancta Anima, quaſi *THVRIBVLVM*, *Cor ſuum coram Deo fu-dit*

Scribe





AVCTORIS PERORATIO.

Quærens me sedisti lassus,
Redemisti Crucem passus,
Tantus labor non sit cassus.

DEVS

DEVS, Qui me Corporali proximorum ſalu-ti, Medicum præeſſe iuſſiſti; præſta deprecor, vt ſalutem Animæ, ex operibus, tuâ gratiâ iuuante conſequi valeam: & IN TE MORIENTI, poſt Vitæ huius fluxæ deliramenta, per Mortis anguſtias, & Purgatorij pœnas, vbi Electis tuis æternus Splendor adfulges, feliciter peruenire concedas. Ita voueo, Ita ſpero, *Indignus, ingratus, & inutilis DEI famulus.*

F. Pona.

FINIS.

Lector.

Pleraque errata irrepsère: vibices hæc Operis sunt, & tristæ typorum lollium, quæ & Auctori nauseam moueant. Pateant, vt corrigantur. Cordatis, satisfaciet, quæ afferuntur, quamquam leuiter adumbrari.

2. cœcus. misertus. Quo. 5. delicias. 6. paulò. Dæmones. 8. delicias. precium. non septem, sed 10. 10. illud. 14. ne imperceptibilis quidem. Amor perita. Ellycnio. 18. consilium. 24. Eclipticam. 26. remoueamus. 28. sæculi. 34. sufficit. 36. spiritus. 41. Gazis non inest. 45. Vlyssiponis. 52. spineam. 57. clepsydra. 64. testimonium. 76. dæmonum. 79. Empyrei. Abysso. 80. effluit. 82. inceptis. 84. effulget. 86. vexatio. ærumna. 87. Pœnitens. 94. lætitiam. 97. Dionysium Syracusarum. 101. Empyreum. 102. excepit. 103. torque. 104. abforet. 108. Chalybe. 116. sæpenumero. 117. siue. 118. miles. 121. rebellis. 122. migrans. 128. supererat amplius. 132. cæpis. 134. aut. 138. facessite. præcoci. 147. fuisse. 149. impuritate. 150. seque 152. Præsens. 157. Empyrei. 162. amoris. imparem. 167. pretiosiora. 168. pretiosis. 177. facessite. effinxit. 178. sæculis. 182. difficillimum. 183. præsertim. 186. tyrannæ. 188. agnoscite. 191. Sebastiani. percurre. 192. nam ad martyrium. 195. effugerent. 200. præceps. Idealis.

Operis

Operis Iudicium.

DIgna sunt, quæ cordi sculpantur, quæ doctissimus Auctor exculpsit ex corde. Emblemata hæc, lector, specta, & quæ emblemati subiecta ita oculis obijce, vt exeat ad mentem. Vix aptius nobis Auctor probare potuit, quàm toto eiuret corde, quod olim sub Euretæ Misoscoli nomine edidit, quam varijs hisce cordis imaginibus, quæ pietati nutriendæ maximè sunt idonea, & subiectis verbis, quæ ita facem intelligentiæ præferunt, vt simul flammas, quibus cor accendatur, emittant. Tu interim, lector, quæ his paginis sunt impressa moribus exprimere cura, & stude vt in tuis actibus legantur, quæ hic legentur à Te: Ita de doctissimi viri opusculo, eiusque vsu sentiebat.

D. Aloysius Nouarinus Cler. Regular.

Imprimatur.

Fr. Petrus Maria Dulcettus Magister Inquisitor Generalis Veronæ.

§ Lodouico Michiel Pod.

Noi Reformatori dello Studio di Padoua.

HAuendo per Fede del Molto Reuerendo Inquisitor di Verona veduto, che nel Libro intitolato *Francisci Ponæ Cardiomorphoseos siue ex corde desumpta Emblemata Sacra*: non si troua cosa alcuna contro la Santa Fede Catolica; & parimente per attestato del Segretario Nostro non si troua cosa alcuna contra Prencipi, & buoni costumi, Concedemo licenza che sia Stampato, douendosi osseruar quanto per legge in proposito di Stampe: con conditione, che non sia venduto, se prima non vien presentato legato alla Libraria publica giusta la Parte dell'Eccellentissimo Senato de 2. Decembre 1622. In quorum fidem, &c.

Dat. à 4. Febraro 1644.

Pietro Foscarini Ref.

Aluise Valaresso Cau. Ref.

Aluise Querini Segret.